

Compte rendu des séances des États du Brabant de 1648 à 1682

par Libert de Pape, abbé du Parc, membre des Etats

(Suite *)

6 Octobris, lecta fuit coram Vice Cancellario opinio duorum Statuum super impostis.

Item, lectae fuerunt diversae requestae particulares concernentes.

Item, quia D. Steenhuijse per requestam impetiverat plures abbates in Consilio Brabantiae, concludens resolutionem primi Status captam in Septembri, fuisse invalidam, etc., duo primi Status deputaverunt episcopum Antwerpiensem quatenus adiret D. Steenhuijse et ei persuaderet ut peteret brabantisationem.

7 Octobris, dictus episcopus retulit D. Steenhuijse respondisse petiturum a gubernatore permissionem petendi a Statibus brabantisationem, sine tamen prejudicio Regis

f° 85. — dummodo Status ei addicerent quod ad suam requestam illam concederent, et in tertio Statu soli magistratus desuper agnoscerent et non plebei.

Responsum fuit a Statibus ut episcopus referret D. Steenhuijse quod duo primi Status illam brabantisationem concederent, sed quod de tertio Statu respondere non possunt utrum magistratus soli sine agnitione plebis brabantisationem condere vellent aut possent, et sufficienter insinuatum fuit quod magistratus soli sine agnitione plebis id facere non possent.

*) *An. Praem.*, XXIX (1953), 111-128, 251-288; XXX (1954), 60-122.

Item resolutum fuit quod in eventum quo D. Steenhuijse peteret naturalisationem seu brabantisationem, quod Status previe deberent cognoscere voluntatem Gubernatoris, num in causa illius ad promovendum illum ad cancellariatum procedere possent, eo quod causa illius non videretur integra, quia Rex D. Steenhuijse pridem creaverat presidem Consilii Mechliniensis, etc.

Item, resolutum fuit in eventum quo D. Steenhuijse, relicta via pacis procederet in intentatam litem, nomine primi Status ei fieret propositio, et Domini de secundo Statu voluerunt se primo Statui jungere; aderant autem ex secundo Statu DD. Comes Grimbergensis ¹⁶⁴⁾ barones de Goijck, de Roosebeke ¹⁶⁵⁾, de Corbeke, de Ruijsbrock ¹⁶⁶⁾ et de Wemmel ¹⁶⁷⁾ qui solus renitebatur ne Status secundus hac in lite se jungeret primo Statui.

In Novembri fuit congregatio Statuum pro apertura opinionum Civitatum super impostis, cui non interfui.

29 Decembris, convocati Status per Vice Cancellarium, fuit ex parte Gubernatoris petita anticipatio 100 millia florenorum super subsidio accordato a novem mensibus per duos primos Status, pro subventionem militum qui erant in gravi necessitate.

Item, rogatum fuit ex parte Marchionis ut Status vellent concedere 18 millia florenorum semel et annuam pensionem cuidam

f^o 85^{vo} — anatomistae nomine Bilo, qui in Universitate Lovaniensi residentiam caperet, et artem suam in illa perennaret, etc.; sed nihil conclusum fuit.

Item quia Status Nobilium prosequabatur in Consilio Brabantiae executionem suae commissionis datae baroni de Goijck contra deputatos, et deputati rogaverunt Gubernatorem quatenus illam causam ad se revocaret, et jam apostillam dederat qua inhibebat Consilio ulteriorem notitiam illius difficultatis sumere, dum litterae ex parte Gubernatoris venerunt ad Abbates et Nobiles, quibus rogabat regulamentum Statuum deputatis et aliis datum ad se mitti, quatenus difficultatem ipse posset moderari, etc.

Resolverunt duo primi Status hoc ipsi denegandum non esse, sed regulamentum mittendum. Verum Status Nobilium idcirco noluit intermittere viam juris in Consilio Brabantiae inchoatam, et mirari quod

¹⁶⁴⁾ Guillaume-Henri, prince d'Orange, comte de Grimbergen.

¹⁶⁵⁾ Rodolphe de Novarra, baron de Roosbeek.

¹⁶⁶⁾ Cette baronie appartenait à la famille de Ligne depuis 1619.

¹⁶⁷⁾ Philippe-Albert Taye.

deputati presumpsissent rem illam e Consilio evocari, cum ipsi scirent esse contra aperta privilegia similes evocationes.

f^o 107. — Anno 1663.

f^o 108. — 22 januarii, primus Status solus et speciali permissione Gubernatoris per Graffiarium, etc. convocatus fuit, et per episcopum Antwerpiensem ¹⁶⁸⁾ propositum fuit periculum arrestationis bonorum Abbatum Brabantiae, quae sita erant sub districtu Provinciarum Unitarum, propter intentionem principissae Orangiae quae volebat impleri contractum pro quo Abbates quondam sponderant anno 1647.

Facta deliberatione conclusum fuit posse arrestationi bonorum obviari per agentem aliquem mittendum Hagam Comitum, et ibidem actio Statuum resumeretur de redditibus pro rata ferendis a marchionatu Bergensi et baronatu Bredano, quod anni cessi possent dari in partialem solutionem dictae Principissae, verum quia hoc fieri non poterat sine consensu totius Status, in hunc finem totum Statum convocandum esse, interim informandum Residentem Bruxellae ex parte dictarum Unitarum Provinciarum et suos principales de diligentia qua fieret certioratus, etc.

Item quia difficultas erat inter abbatem Villariensem et Dunensem, qui ex parte aulae deputati erant una cum Vice-Cancellario ad recipienda suffragia Monialium in Rosendale ¹⁶⁹⁾, et Villariensis ob particulares rationes volebat excludere Dunensem, et allegabat concordatum Philippi II Regis de anno 1564 — in quo expresse exprimebatur quod in Brabantia deberent deputari Abbates Brabantiae, pluralitas votorum, me renitente, resolvit ut in aula staretur pro abbate Villariensi contra Dunensem.

23 Januarii, lecta fuit instructio danda Residenti Provinciarum Unitarum.

Item, deliberatum fuit super admissione D. Steenhuijse ad Cancellariatum, propter instantem decisionem litis in Consilio Brabantiae desuper intentatae et exspectatae sententiae ; at vero per aliquod expediens desuper nonnullis in medium aductis, res dilata fuit in sessionem pomeridianam.

Post meridiem iterum congregata episcopus Antverpiensis et abbates Vladderbacensis, Villariensis, Grimbergensis, Parchensis, Averbodiensis et S. Gertrudis, reliqui abbates erant mortui, excepto

¹⁶⁸⁾ Gérard de Bare, abbé des Dunes de 1654-1666. — L'abbaye cistercienne des Dunes commença en 1107.

¹⁶⁹⁾ Abbaye des Cisterciennes fondée avant 1220. VAN GESTEL, o. c., I, 134.

quod Heijlisseensis ¹⁷⁰⁾ primum hoc mense nominatus, necdum Status intraverat et archiepiscopus infirmus comparere non poterat.

Habita deliberatione, consenserunt omnes, *solo Grimbergensi excepto*, ut D. Steenhuijse sub clausula non praejudicii, etc. admitteretur ad functionem Cancellarii, ratio praecipua inductiva erat, quod lis quae inter primum Statum et dictum D. Steenhuijse in Consilio Brabantiae controvertebatur, timebatur male finitura, 1^o quia per interlocutoriam sententiam fuerat definitum ut Abbates illi rescriberent qui contra D. Steenhuijse signaverant, et non sub nomine protestatus rescriberentur; 2^o quia esto lis in favorem Abbatum decideretur, revisio a parte D. Steenhuijse intentaretur, in qua iudices indubie contrarii Abbatibus donarentur; 3^o hinc quia praesidebatur quod in brevi vel in longo contra Abbates judicaretur, et in consilio non privilegium patriae disputaretur, sed unice utrum unus Status consensum semel datum revocare posset, et illo puncto contra Abbates sententiato, principale punctum privilegii contingerent perdi, Abbates aestimarunt melius esse consentire in admissionem D. Steenhuijse sub clausula sine praeiudicio, quam quod illis vel invitis et vi primi semel consensus simpliciter dati, admitteretur.

24 Januarii, desuper denuo congregati fecerunt et examinerunt actum consessus, quae data fuit super epistola Gubernatoris requirentis consensum, sub clausula quae Gubernatori daret actam novam non praejudicii, et quod admissio D. Steenhuijse numquam allegaretur pro exemplo, etc., et deputatus est D. episcopus Antwerpiensis cum Graffiaro ut hunc consensum indicarent Gubernatori.

f^o 109. — 13 Februarii, convocatio Status per litteras Graffiarum, lecta fuit acta non praejudicii, data Statibus ab aula supra admissione D. Steenhuijse ad officium Cancellarii.

Item, lecta fuit patenta baronis Capelle ¹⁷¹⁾, qui factus fuerat Comes de Crujckenborg.

Item, lecta fuit patenta D. de Dongelberg ¹⁷²⁾, qui factus fuerat baro de Dongelberg.

Item, princeps de Bourneville referebat a Gubernatore datum mandatum emittendi militem in patriam ruralem ob defectum solutionum et retardationem subsidii, posse autem averti per anticipationem 50 millia florenorum. Ut hoc averteretur, deputati sunt

¹⁷⁰⁾ Lambert Balz, abbé de Heijlisse de 1662 à 1688.

¹⁷¹⁾ Capelle fut curé de Cruijkenberg en 1662.

¹⁷²⁾ Créé baron de Dongelberg, le 3 juillet 1662.

ad Gubernatorem Abbas Vladderbacensis, baro de Wemmel et Burgimaster Lovaniensis ¹⁷³⁾, ut rogarent Gubernatorem quatenus dictum mandatum adhuc parumper vellet suspendere, eo quod Status omni modo possibili conarentur aliquam summam pro stipendiis coacervare, etc.

14 februarii dicti deputati retulerunt Gubernatorem respondisse se nescire de illo mandato mittendi militem in patriam ruralem, et commendasse curam solvendi militibus, etc.

Item, hodie D. Steenhijse, baro de Poederlee, uti Cancellario Brabantiae solitis solemnitatibus prestitit juramentum fidelitatis, et observantiam Laeti Introitus, etc. sicque post *altercationem trium annorum*, ob defectum quod non esset natus in Brabantia, tandem admissus et in possessionem missus est; fecit hoc juramentum in cubiculo domus civium inferiori ubi deerant magna sedilia, sicque novus Cancellarius et Archiepiscopus sederunt in sedibus communibus aliis Praelatis et Nobilibus.

15 februarii, ob difficultatem de qua 22 januarii elapsa, tres Status consenserunt ut ex parte eorum deputarentur in Hollandiam qui ageret de rentibus hypothecatis super Brabantiam, et requireret ut juxta ratam quarteriorum Sylvae Ducis, Bredae et Berghen op Soom, ferrent redditus Brabantiae, et simul particulariter ageret causam Prelatorum, de qua 22 januarii, absque eo quod deputatus uteretur nomine Statuum, si illa causa toti statui fieret communis.

f. 109^{vo}. — Item, lectae fuerunt duae requestae super attentato Mechliniensium, qui praetendebant quod naves transeuntes Mechliniam deberent lastbrief, etc.

16 februarii, communi consensu dictum est thesaurario Statuum ut 100 millia florenorum conaretur levare pro aliquali stipendio militum, ne cogerentur patriam ruralem invadere, et quod deputati Statuum darent illi actum assecurationis omni meliori modo quo dari possit.

Item, ego et baro Melsbrouck ¹⁷⁴⁾ cum burgimastro Lovaniensi fecimus relictum de Domino Bilo super illis quae videramus in illius anatomia, at Status mihi commiserunt ut omni meliori forma sub beneplacito Statuum conaremus cum illo convenire ut Lovanii in Universitate vellet domicilium figere, etc.

Item, burgimagister Bruxellensis ex commissione magistratus fuit

¹⁷³⁾ Georges de Bucq, bourgmestre et patricien.

¹⁷⁴⁾ Charles de Locquenghien, créé baron en 1659.

questus contra deputatos Statuum quod impostas super vino in illorum absentia non publice elocassent, sed sub manu ad firmum dedissent, et aliquot millibus infra justum pretium, resolutum fuit ut sequenti vice id reproponeretur et interim D. Deputati si quid haberent in contrarium pro tunc proponerent.

22 februarii, in congregatione Statuum lectae fuerunt opiniones Civitatum in subsidio 450 millium florenorum, presente Cancellario.

Item, Cancellarius fecit propositionem inchoandam 1 junii.

Item, D. Scavenborgh uti baro de Dongelberg la vice intravit Status.

Item, lectae fuerunt patentae Don Dio de Barques¹⁷⁵⁾, gubernatoris de Stevensweert, qui praetendebat intrare Status uti Comes S. Remi Geest, sed res dilata est in crastinum, tum quia Hispanus erat, tum quia non videbatur possidere bona in Brabantia.

Hodie pro la vice intravit novus Abbas Heijlissemensis.

23 februarii, deliberatum fuit super opinionibus duorum primi et secundi Status, datis in subsidio 450 millium florenorum, et resolutum ut more consueto indicaretur Marchioni opiniones cum Civitatibus non concordare, adeoque faciendam ab aula novam

f^o 110. — instantiam pro concordia opinionum faciendam.

Item, resolutum ut pro prima congregatione Statuum post Pascha prepararetur status omnium reddituum et onerum pro facienda in illis aliqua reductione, si foret possibile.

24 februarii, facta per Gubernatorem instantia ut opiniones in subsidio concordarentur, et quia Civitates iterum elegerant pedem preciarum, et videbatur quod illae ad alium pedem non essent inducendae, et paupertas militum premeret habere subsidium, dum primi Status consenserunt ut pro hac vice adhuc via preciarum subsidium levaretur, et quia Civitates illum intrabant, conditio apponeretur sine ulteriore dilatione providendum esse ad novam remunerationem.

Item, impostae fuerunt accordatae pro medio anno inchoando 1 Junii futura.

Item, ego cum barone de Melsbrouck et burgimagistro Bruxelensis. nuper deputatis pro conferentia ineunda cum D. Bilo, anatomico, retulimus nos cum illo concordiam iniisse, quare et acceptata fuit a duobus primis Statibus et deputatis Civitatum, in hunc modum scilicet: quod D. Bilo domicilium figeret Lovanii in Universitate, et pro quinque cadaveribus humanis balsamo conditis simul

¹⁷⁵⁾ Diego de Boborques, comte en 1662.

haberet 18 millia florenorum, solvendorum mediatim nunc, et mediatim sequenti anno, et ad victum suum et filii ejus, annue haberet pensionem duorum millium florenorum, sub conditione ut si quando filius ejus haberet aliquod beneficium ecclesiasticum, ad ratam illius pensio vitalis minueretur, et quando proxima opportunitate Lovanii scientiam suam anatomisandi et secandi sine effusione sanguinis donec haberet 4 mille florenos, et artem suam balsamo condendi corpora, sibi secreto servare posset, et filio suo, prout vellet, etc.

f^o 110^{vo}. — 5 Aprilis, convocati Status per litteras Graffiarii, quaesitum fuit per Gubernatorem ut aliqua explicatio fieret super privilegio Bullae Aureae ¹⁷⁶⁾, quam Imperiales sustinebant a Brabantinis nimis extendi, et notanter ut Status vellent declarare quod non intenderent dictam Bullam extendere ad precarias et subsidia quae Brabantinorum bona sita sub Imperio, ibidem deberent solvere.

Resolutum fuit ut desuper ageretur cum Consilio Brabantiae et quamdam declarationem quam judicarent expedire, desuper conficerent eademque referretur Statibus et illa visa resolveretur.

6 Aprilis, etiam congregatio Statuum, sed non interfui eo quod deberem tendere Antwerpiam ad installationem Abbatis S. Michaelis ¹⁷⁷⁾.

In Maio etiam fuerunt congregationes, sed ob absentiam in Francia ¹⁷⁸⁾ existens, non interfui.

11 Junii, in congregatione lecta fuit acta explicationis super impostis inchoatis 1 Junii 1663.

Item, reiterata fuit lectio faciendae hertellinge, et approbata, et resolutum ut emitteretur ad omnia loca, etc.

Et quia ego cum D. Barone de Melsbroeck et burgimagistro Bruxellensi feceramus relationem de D. Bilo, anatomico, etc., rursum deputati sumus pro complemento contractus et accipiendo jramento a dicto Bilo, etc.

13 et 14 Julii, facta congregatione Statuum super die doorvaert van Gent, quae res non adeo bene instructa fuerat, super modo procedendi, varie locutum fuit, et quia Bruxellenses et Lovanienses concedebant ut admisso illo transitu aliqua onera levare possent super commerciis in certa scedula specificatis et Antwerpienses illum

¹⁷⁶⁾ La Bulle d'or stipulait que nul sujet brabançon ne pouvait être distrait des juges de son pays et cité devant un tribuna civil ou ecclésiastique.

¹⁷⁷⁾ Macaire Simeomo, de S.-Michel, de 1662 à 1676.

¹⁷⁸⁾ Un mois d'absence pour assister à Prémontré au Chapitre général.

transitum rejiciebant, et Marchio per epistolam petiisset ut derelinqueremus illam appositam conditionem. Want den derde Staat volght ; resolutum fuit faciendam novam instantiam Antwerpiensibus.

Item, quia Marchio permiserat equitibus ut quaerant pabula suis equis, unde magna damna contingebant, resolutum fuit ut desuper fieret remonstrantia Marchioni, et ex primo Statu deputatus est abbas Vladderbacensis.

Item, lecta fuit epistola Regis, qui laudabat fidelitatem et zelum provinciae Brabantiae et judicabat relinqui non posse sine aliquo exercitu et intentione eiusdem, etc.

f^o 111. — 17 Julii, Nobiles representantes secundum Statum, gratias egerunt Comiti de Grimberghe, quem ab quatuor annis deputaverant, etc. et in locum illius pro usu deputato elegerunt Baronem de Goijck.

20 Julii, ex parte aulae petatum fuit novum subsidium 600 millium florenorum, et post aliquot dierum deliberationum, consenserunt duo primi Status, me absente, 400 millium et varias apposuerunt conditiones.

28 Julii, me praesente, lecta fuit acta acceptationis super dicto subsidio et non placuit.

Item, heri et hodie, repetita fuit causa transitus navigiorum per Flandriam, de quo 13 et 14 Julii, et quia tria membra postrema Antwerpiensium in istum transitum et proposita onera consentire nolebant, deliberatum fuit quomodo et quid Marchioni respondere-tur, quia initio res male inchoata fuerat, pluralitas votorum tenuit, ut veritas aperte Gubernatori indicaretur ; contra quam resolutionem valde replicabat graffiarius Bouton, ita ut in suspicionem veniret, quod auctor omnium horum fuisset, etc.

6 Augusti, habita fuit congregatio Statuum pro temperandis nonnullis conditionibus apposis in consensu subsidii de 20 Julii, scilicet, ut etiam aliquid solveretur militibus Mechliniensibus van den train, et placillae equitum parumper augerentur, et loco 6 solutionum, tantum fierent quinque, habita desuper colloctione cum Cancellario, et accordata fuit.

13 Septembris, in domo Parchensi ¹⁷⁹⁾, D. baro de Melsbrouck,

¹⁷⁹⁾ Refuge de l'abbaye du Parc à Bruxelles comprenant une chapelle et tout le nécessaire d'un hôtel de maître; il était souvent loué en partie.

D. Marselaer ¹⁸⁰⁾, burgimagister Bruxellensis et ego, signavimus contractum initum cum D. Bilo, anatomico, de quo supra 16 Februarii.

22 Octobris, convocati Status per Cancellarium, petitus fuit consensus super impositis inchoandis 1 Decembris, et eodem die accordati sunt.

Item, D. Steenhuijse, Cancellarius tractavit in suo domo splendido convivio tres Status Brabantiae, et interfui.

23 Octobris, coram Cancellario lectus est consensus duorum primorum Statuum super impostis.

24 Octobris, Cancellarius tulit actum acceptationis super dicto consensu.

Item, hesterna die nominati fuerunt ex parte Statuum tres medici Lovanienses, ex quibus Gubernator unum deligeret, qui D. Bilo aperiretur suum scutum anatomisandi, scilicet D. Plempius ¹⁸¹⁾, Durlinck ¹⁸²⁾, et Goidscoren.

Item, hodie deputati sunt ad Gubernatorem Abbas Vladderbaensis et baro de Melsbrouck ut rogarent Gubernatorem, quatenus vellet Statibus reddere libellum cum Regia Apostilla, quam exceperat super intuitu novorum Baronum in congregatione Statuum, ne in posterum scilicet intrare posset, nisi qui possiderent annue ad minus 3000 florenorum in Brabantia, etc.

3 Decembris, fuerunt Status congregati per litteras Cancellarii pro auditione et apertura opinionum trium Civitatum super impostis, sed quia Cancellarius, ob podagram comparere non poterat, resolutum fuit ut lectio opinionum differretur donec aliquis per Gubernatorem deputaretur, qui nomine Regis, loco Cancellario compareret.

4 Decembris, coram Vice Cancellario ¹⁸³⁾ lectae fuerunt opiniones Civitatum super impostis et attulerunt consensum.

Item, deliberatum fuit utrum solveretur stipendium N. N. Hispano, qui contra privilegia patriae erat gubernator Liranus, et resolutum fuit nihil solvendum nisi prius ab aula adferret actam non praejudicii.

¹⁸⁰⁾ Gilles de Martelaer, bourgmestre de Bruxelles.

¹⁸¹⁾ Né à Amsterdam le 23 décembre 1601, docteur en médecine de l'Université de Bologne, professeur à Louvain, décédé le 12 avril 1671. — *Ann. Hist. eccl.*, o. c., XVIII, p. 382; XXVII, p. 327.

¹⁸²⁾ Pierre Dorlicx, docteur en médecine, Recteur de l'Université de Louvain en 1639, 1642 et 1652. MOLANUS, publié par DE RAM, I, p. 484 et 485.

¹⁸³⁾ Jean de Thulden, nommé plus haut.

Item, resolutum fuit ut reditus creati super impostis reducerentur ad nummum vigesimum, praesertim cum nonnulli aliquot millia in istum finem offerrent.

5 Decembris, actum super exoneratione prelatorum qui signaverant super complendo contractu Regis cum principe Orangiae, sed nihil conclusum.

Item, ad supplicam oppidi Diestensis remissam a Finantiis ad Status, quia oppidum debebat ex restantiis subsidium, etc. 84 millia florenorum, quod si erat impossibile solvere, Status pro adviso dixerunt, medietatem illius illi posse remitti.

6 Decembris, resolutum ut Gubernator rogaretur impedire survivantiam officiorum Brabantiae, quae in Hispania vendebantur, et data cassarentur cum oblatione pecuniae, quae a privatis soluta fuerant.

Item, mitteretur Hagum Comitibus Abbas Tongerloensis¹⁸⁴⁾ pro impediendis represaliis, et praesertim contra Abbates ratione

f^o 112. — principissae Orangiae, etc. In hunc finem ad Gubernatorem deputati sunt Abbas Vladderbeke, baro de Goijck, et burgimaster Bruxellensis.

f^o 112^{vo}. — Anno 1664.

28 Januarii facta per Cancellarium conscriptione Statuum, petita fuit anticipatio unius mensis placillarum pro militibus super subsidio 400 millium florenorum, quod duo primi Status 20 Julii consenserunt, et in hanc anticipationem etc. consenserunt.

Item, accordata fuit naturalisatio filii comitis de Erps.

29 Januarii fuit resolutum ut defenderentur privilegia Universitatis Lovaniensis et in illum finem libellus supplex exhiberetur Consilio Brabantiae.

Item, accordata fuit naturalisatio D. Beckaert.

Item, legitimatio Joannis Bauwens.

Item, actum fuit de solutione D. Bilo, anatomici.

30 Januarii, ad instantiam Marchionis, accordarunt ex impostis futuris D. Stockmans, in dicta Ratisbonae¹⁸⁵⁾, agente summam 5000 florenorum.

Item, ad petitionem Cancellarii requirentis indicem cartarum Brabantiae, resolutum fuit ut ei visio exhiberetur, et simul require-

¹⁸⁴⁾ Albert Ursino, abbé de Tongerlo de 1663 à 1664.

¹⁸⁵⁾ Les diètes impériales se tinrent à Ratisbonne de 1663 à 1806.

retur pro exhibitione originalis indicis, qui fuit in manibus Dumant, cancellarii.

Item, Cancellarius petierat a Graffiariorum Statuum Brabantiae, responsum, ut inquireretur, et invento origine, tunc deliberaretur an Cancellario esset exhibenda necne.

Item, quia a biennio Carmelitis calceatis Status accordaverant bis mille florenos super arreragiis reddituum quos habebant super Status, et deputati hucusque omiserant hoc prestare, iterum est ordinatum ut fierent, idque in duobus terminis, scilicet quilibet 6 mensium.

31 Januarii, DD. Rijckaert ¹⁸⁶), Franchem ¹⁸⁷), Cloeps, Godts-coven ¹⁸⁸) et Rosa ¹⁸⁹) fecerunt in Statibus juramentum, et consilarii Consilii Brabantiae, etc.

D. Cloeps fecit relationem causae Abbatum cum Hollandis, ratione principis Orangiae, esse periculum represalium contra omnes subditos Regis.

Item, negotiationis cum Hollandis super redditibus Brabantiae, quoad partem ab illis incorporatam.

fo 113. — Resolutum fuit ut Gubernator informaretur et rogaretur quatenus adlaborare vellet ut principi Orangiae daretur satisfactio.

Item, ut negotiatio reddituum resumeretur et peteretur ab Hollandis, et saltem redditus portarent a tempore pacis initae.

Deinde quia Graffarius referebat D. Cancellarium respondisse se habere originalem indicem chartarum Brabantiae et se esse custodem chartarum.

Resolverunt ut doceret de sua patenta dictae custodiae et quod Status pro tali illum agnoscere non possent, quia requisitum juramentum juxta secundum articulum Laeti Introitus desuper non prestissent.

Item, D. baro de Goijck accusavit D. Graffarium Ghindertale, quod actam advisamenti numero deputatorum edidisset, in quam deputati non consenserunt, et duo primi Status ei demandarunt ut doceret de mandato et consensu deputatorum, etc.

¹⁸⁶) Ignace Ricardt succède à son père en 1658. — GAILLARD, o. c., III, 361.

¹⁸⁷) Philippe-Vincent Franckheim, nommé en 1661. — *It.* p. 361.

¹⁸⁸) Jacques de Gutschoven, nommé en 1664. — *It.* p. 362.

¹⁸⁹) Pierre-Ferdinand Roose, nommé en 1664. — *It.* p. 362.

22 Februarii, Status convocati per scripturam deputatorum, resolutum fuit rogare Gubernatorem ut mitteret D. Clops, consiliarium Brabantiae et D. Mertens, burgimagistrum intraneum Antwerpiensium Hollandiae pro facienda liquidatione super redditibus Brabantiae ratione quarterii Buscoducensis, et sic indirecte conarentur impedire represalia in Statibus Hollandiae cominata.

Item, resolutum fuit ut apud Gubernatorem ageretur pro manutenenda sessione Statuum Brabantiae ante consilium Secretum et Brabantiae, in quem finem deputati fuerunt Marchionem accedere, episcopus Antwerpiensis, Comes de Cruijckenborgh et burgimagister Bruxellensis.

Item, Gubernator petiit sibi dari in gravem necessitatem pro servitio Suae Majestatis, 20 millia florenorum, non expressa necessitate, unde et negata illi fuerunt eo quod paupertas militum hoc non pateretur.

23 Februarii, retulerunt praefati deputati Gubernatorem respondisse se missurum D. Clops, etc.

Quoad precedentiam autem Statuum ante Consilia, sed hoc resolvere non posse, darent autem Status quem putarent

f^o 113^{vo}. — ad suum intentum conducere et desuper faceret quae posset.

Deinde D. Graffarius referebat D. Gamarra, legatum Hollandiae ei dixisse quod Status deberent mittere Hagam Comitum Priorem Huijbergensem ¹⁹⁰⁾ et unum religiosum S. Bernardi, quod si non faciunt, nihil efficeretur in Hollandia.

Sed hac relatione non obstante, Status noluerunt eos mittere sed prestiterunt in hesterna resolutione, et demandarunt Graffario ut omnia quae facerent pro tuenda precedentia Statuum conquereret pro futura Statuum congregatione.

Quoad 20 millia florenorum quae Gubernator petierat, et Status recusaverant, aiebant Gubernatorem multa replicasse de difficili Statuum solutione et petiisse statum sibi exhiberi a Graffario et The-

¹⁹⁰⁾ Dans la liste des princes donnée par JUTEN, dans *Taxandria*, p. 83, t. XII, le dernier prieur cité est Siard Boogaerts, élu le 15 mai et confirmé le 25 mai 1651. — *Anal. Hist. eccl.*, o. c., 3^e série, t. II, p. 66. — Le prieuré de Huijbergen, près de Bergen-op-Zoom, fut fondé en 1278 par Arnould de Louvain et Elisabeth de Breda. Le prieuré s'éteignit en 1847, quand le dernier religieux passa à l'abbaye de Bornem. Le prieuré appartenait à l'ordre des Guillelmites au XII^e siècle, auquel Grégoire donna la règle de S. Benoît. — *It.* p. 44 s.

saurario ut videre posset quid residui ex impostis aut subsidiis esse posset.

Deinde nonnulla discussa sunt supra nonnulla verba quae in nupera Statuum congregatione mota fuerunt.

24 Februarii, dominica Quinquagesima demandatus fuit graffiarus Ghindertale ut se purgaret super accusatione per D. baronem de Goijck facta 31 Januarii, qui cum ostendere non posset resolutiones DD. deputatorum, sub quorum nomine ipse duas actas ediderat, per duos primos Status resolutum fuit ut privaretur signatura usque ad revocationem, et ordinaria emolumenta ei relinquerentur. Ex tertio Statu solum aderant burgimagister et pensionarius Antwerpiensis, qui se conformarunt.

27 Martii, per Cancellarium petita et proposita fuerunt impostae inchoandae 1 Junii futura, et pro medio anno duo primi Status accorderunt easdem.

fo 114. — Item quia per particulares litteras, duo primi Status convocati erant ut simul deliberarent utrum agnoscere possent Cancellarium pro custode chartarum privilegiorum Brabantiae, de quo 31 Januarii. Desuper Cancellarius graviter questus est, et objurgavit D. graffiarum Bouton, et Statibus minatus fuit quod si ipsum intenderent excludere a dicta chartarum custodia, eo quod non esset natus in Brabantia, quod omnes Brabantinos qui habent officia Mechliniae et in Flandria, curaret ab eisdem deportari.

Item, quia petierat copiam inventarii privilegiorum Brabantiae, et hucusque data non fuisset, conquerens aiebat id sibi designari non posse et quod uti Cancellarius omnes chartas Statuum videre posset, et quod nemo de Statibus hoc valeret impedire, et non nulla gravia et objurgativa verba dixit, etc., ongewillige honden, etc.

Item, Status resolverunt ut cum Fiscali Brabantiae teneretur conferentia pro promovendo negotio van de hertellinge, quod ejus causa per Consilium Brabantiae tenebatur suspensum.

28 Martii, resolutum per duos primos Status quod Gubernator indicaretur esse contra Laetum Introitum, quod D. Steenhuijse, Cancellarius, gauderet titulo custodis cartarum, et rogaretur quatenus desuper aliter nollet providere, alias Status contra D. Steenhuijse cogerentur iuridice procedere.

Item, scripto remonstraretur quae hesternae die dictus Cancellarius indebite locutus fuerat, et desuper moneretur, etc.

In hunc finem deputati sunt Abbas Vladderbacensis et Baro de Goijck. Et quia D. baro de Wemmel exiverat collegio ante con-

clusionem secundae resolutionis, fuit resolutum ut desuper in pleno collegio moneretur hoc displicuisse.

Item, ex parte Gubernatoris per litteras nova fuit facta instantia pro habendis 20 millibus florenis in urgenti necessitate Majestatis, etc. et eidem accordata sunt.

f° 114^{vo}. — 29 Martii, diversa minutiora acta fuere.

30 Martii fuit dominica.

31 Martii deliberatum fuit supra apponendis conditionibus in consensu impostarum.

Item resolutum qualiter anatomista Bilo deberet per instructionem D. Godcoven facere suam probam et hoc inter ceteros, me presente, et Doctoribus Plempio et Dorlicx.

Item, lecta fuit et modificata remonstrantia danda Gubernatori super nupero excessu D. Cancellarii.

Item, quia princeps Bournonville per litteras pretendebat ut in posterum tractaretur titulo Excellentiae, et non signoriae, alias se non comparaturum ; deinde Nobiles resolverunt loquendum ipsi esse an vellet ut desuper peteretur iudicium Gubernatoris, et quod illius iudicio starent.

16 Aprilis, Cancellarius per epistolam Gubernatoris petiit a Statibus solvi 120 millia florenorum pro portione nostra qua virtute comprehensionis Circuli Burgundiae ¹⁹¹⁾ sub imperio factae anno 1548 sub Carolo Quinto, teneremur contribuere contra Turcas ¹⁹²⁾.

17 Aprilis, desuper habita deliberatione, resolutum fuit non ignorare talem obligationem Circuli, etc. et proinde monendum Gubernatorem pro subsidio habendo contra Turcas, faceret petitionem idiomate flandrico, eo modo quo precarias et subsidia petere solet — nemo autem erat alienus ad contributionem contra Turcas.

18 Aprilis, facta predicta mutatione, Cancellarius comparuit et petiit more ordinario quo petuntur precariae, subsidium 120 millia florenorum contra Turcas impendendam, quod et duo Status consenserunt inveniendum via preciarum et quod emitterentur tres quartae partes unius precariae ordinariae, idque ut possent a dicto subsidio eximi parvae civitates et nonnulli pauperes pagi, etc.

¹⁹¹⁾ Le cercle de Bourgogne, auquel appartenaien les Pays-Bas espagnols, avait des droits à la protection de l'Empire, ces droits furent défendus par Stockmans à la diète de Ratisbonne.

¹⁹²⁾ L'empereur réclame des subsides pour la guerre contre les Turcs, d'abord les Etats refusèrent de payer. — PIRENNE, o. c., V, 17.

29 Maii, convocati Status per Cancellarium lectae fuerunt opiniones Civitatum super subsidio 400 millium florenorum.

Item et supra impostas.

Item, dederunt duo primi Status potestatem suis deputatis ut, urgente necessitate, quae non patitur dilationem, possent se jungere in litibus pro manutenentia privilegiorum sub onere referendi in prima congregatione Statibus generalibus.

f^o 115. — Item, monialibus Carmelitanis de Aerschot consenserunt amortisationem duorum bonuariorum terrae pro fundatione sui monasterii in Moll.

30 Maii, rejunxerunt Graffiariis ut facerent statum reddituum creatorum super pane sigilli et impostis vini, quatenus creditoribus dari posset satisfactio.

Item, ut fueret instantia apud Marchionem super reformatione Cancellarii, ne esset custos chartarum seu privilegiorum Brabantiae.

Item, professori historico Lovaniensi accordarunt stipendium 600 florenorum annue, uti Puteanus et Lippius habuerant, qui hactenus tantum acceperat 400 florenos annue.

Declaraverunt esse sufficientem consensum trium Civitatum in subsidio 400 millium propositum, esto ultimum membrum oppidi Lovaniensis non consenserit, quia regulamentum ab aula nuper datum sic statuebat quod ultimum membrum tunc censeretur vervangen, etc.

Item, quia spargebatur quod Status Hollandiae decrevisset represalia super omnia bona ecclesiasticorum, sitorum in maeria Buscoducensi, etc., Abbates deputarunt episcopum Antwerpiensem ut audiret D. Gubernatorem patriae, qui erat in Mariemont, quatenus illi rei vellet providere, etc.

14 Junii, convocati Status per Graffiarium, attulit Cancellarius actam acceptationis super consensu Civitatum in subsidio 400 millium florenorum.

Item lectae fuerunt opiniones Civitatum adferentes consensum in impostis inchoandis 1 Junii 1664.

Item, resolutum fuit ut juxta resolutionem captam 28 Martii, contra Cancellarium via juris procederetur, ne esset custos chartarum Brabantiae.

Item, apud Gubernatorem instanter pro danda satisfactione juxta textum Laeti Introitus, articulo 47, per Cancellarium super injuriis 27 Martii Statibus illatis.

f^o 115^{vo}. — 25 Julii, cum ego agerem Parisiis, per primum Statum in locum defuncti Abbatis S. Gertrudis deputatus sum pro audiendis

ordinariis computibus, ut in absentia primi Status exequendi illius ordinationes, et dicebantur in sua deputatione adfuisse episcopos Mechliniae, et Antverpiae, abbates Vladderbacensis, Villariensis, S. Bernardi ¹⁹³), S. Michaelis, Grimbergensis, Heijlsemensis, Averbodiensis et Diligemensis; et me habuisse 8 vota, Diligemensis 2 vota.

1 Octobris, convocatis Statibus per Cancellarium petita fuerunt impostae pro medio anno inchoando 1 Decembris, et quia Cancellarius non habebat petitionem in scripto, mota fuerunt aliqua verba, et tandem curavit unam petitionem scribi quam subsignavit et per Graffiarium lecta fuit.

Item lecta fuit requesta presentata Consilio contra Cancellarium eo quod non existens Brabantus, non deberet censi capax pro officio Garde de Chartes; item et lecta fuit ejus responsio declaratoria et exceptiva contra Consilium Brabantiae, quae erat plena invectivis et directe impugnans privilegia Laeti Introitus, unde resolutum fuit ut contra ipsum via juris non procederetur, sed in consensu impostarum fieret de ea re conditio sine qua non.

Item, in Consilio peteretur interdictum contra illos qui suscepissent officium judicis delegati.

Et datus est consensus in impostis petitis pro la portee.

Hodie pro prima vice intravit D. novus Abbas Tongerloensis, Crils ¹⁹⁴).

Item, accordata sunt D. Vander Heijden, qui fuerat de Camera bipartita 3000 floreni.

2 Octobris, quia Cancellarius non dederat satisfactionem super injuriis de quibus 14 junii praecedentis, quam hesternae die dare debuisset, resolutum est et desuper denuo moneretur Gubernator, etc.

Item, cuidam hispano de Torres pegador, accordata sunt 11 millia florenorum, quae exposuerat anno 1657 et solvenda in tribus terminis ex impostis.

(Le ms. publié ici porte à cette page une feuille sans numéro qui se rapporte au Diarium du prélat du Pape, je la passe donc sans plus).

f° 116. — 3 Octobris, Graffiarium retulit se indicasse Gubernatori Status non habere satisfactionem super injuriis verbis per

¹⁹³) Jean van Heijmissen, abbé de S.-Bernard-sur-l'Escaut de 1661; † 1678.

¹⁹⁴) Jacques-Hroznata Crils, abbé de Tongerlo de 1664; † 1695.

Cancellarium dictis, et Gubernatorem addixisse quod moneret illum. Hinc putabatur quod hodie Cancellarius daret satisfactionem, sed nihil fecit, et prelecta fuit coram illo opinio duorum primorum Statuum in impostis, et post illius discessum, resolutum fuit quod si infra aliquot dies, aut prima vice qua Cancellarius in Statibus compareret, satisfactionem debitam non daret, quod via juris illa requireretur, etc. absque ulteriore mentione desuper in Statibus facienda.

Item, ad intercessionem D. baronis de Goijck consenserunt D. de Cano unum extraordinarium reditum ascendentium ad 400 millium florenorum.

Item, pago de Tongerlo accorderunt dequitationem tertiae partis quotae suae in subsidio ; et hodie pro prima vice parapham meam posui in assignatione 11 millia florenorum prescriptorum D. de Torres.

4 Octobris, in congregatione deputatorum inceperunt audire computus thesaurarii van Assche ¹⁹⁵⁾ duorum dimidiorum anni 1660, et sunt positi inchoati ad diem 25 augusti finiti esse 5 Octobris. Eodem die exhibita fuit iterata requesta R. D. Heijlsemensis, quam presentaverat in Consilio Brabantiae pro obtinenda diminutione suae taxae in precariis et quia in prima requesta allocutus fuerat tres Status Brabantiae, et duo saeculares Status responderant hoc ad se non pertinere, sed dandum ad primum Statum ecclesiasticum, nunc in iteratura suae requestae, ter premissis duobus Statibus secularibus arguebat primum Statum manere in mora.

Ego autem respondi in Consilio petendam esse prolongationem usque ad priorem generalem convocationem, in qua dicta requesta posset communicare aliis de primo Statu, eo quod ego solus non essem qualificatus venire in contentionem.

8 Octobris, deputati Civitatum Bruxellensium et Antwerpiensium, una cum barone de Wemmele acceptarunt assignationem 1600 florenorum, factam ab aula cuidam hispano Figuerva, in solutionem in dictam acceptionem, patebantur rationem non concurrere, sed ad recommendationem Don Stephani de Gamarra, id se prestare de gratia, respondebam ego, ergo male ; et hic notandum quod ubi deputati Civitatum semper solent protestari se non posse contra resolutionem suorum principalium consentire in diversionem numerorum ; jam iterum fecerunt contrarium.

¹⁹⁵⁾ Norbert van Assche, chevalier, trésorier général des Etats du Brabant depuis 1659.

f° 116^{vo}. — 8 Octobris post meridiem inter DD. Deputatos resolutum quia semper diversi petebant extraordinarios canones suorum reddituum, omnes eorum libelli seponerentur, et tantum singulis mensibus semel idque prima die in quoque mense, quando deputati conveniunt desuper resolveretur, ne autem Receptores plus justo graventur, aut ordinariis solutionibus praejudicium generaretur, Receptores dabunt statum annum receptionis ordinariorum preciarum, et etiam expositionis ordinariorum preciarum et etiam expositionis ordinariae ut videri possit quot extraordinarii canones accordari quotannis possint.

15 et 16 Octobris, prescriptis non obstantibus, baro de Wemmel instabat pro concedendo extraordinario anno reddituum D. de 't Serclaes quod tamen non fuit concessum.

20 Octobris, quia Universitati Lovaniensi, in Decembri elapsi anni, fuerat a Rege concessa immunitas ab impostis pro tribus annis, et acta fuerat expedita in Decembri post elocutionem impostarum; illi de Universitate requirebant ut possent gaudere dicta immunitate a 1 Decembris elapsi, et eorum libellus fuerat a Finantiis remissus ad Status pro adviso. Baro de Wemmel quia dicta immunitas contra suum advisamentum fuerat Universitati concessa, volebat ut in dando adviso, illi de finantiis informarentur quantum damnum impostis fieret per dictam concessam immunitatem, quod alii de Statibus rejecerunt et resolverunt ut simpliciter finantiarii advisarentur, quod si Universitas gaudeat immunitate a 1 Decembris, quod debet conductui impostarum refundi seu decurtari ea summa quae impostae Universitatis pro illo medio anno importassent.

22 Octobris (finis computus thesaurarii) statuerunt pro auditione computuum thesaurarii de impostis 42 dies-memoria.

Item, ordinavit ut Gijper senior inserviet D. Graffiaro Bouton pro scribendo registro sui temporis.

f° 117. — 27 Octobris, facta per me inter opinandum mentione instructionis Deputatis datae per duos primos Status, baro de Wemmel aiebat illum instructionem provisionaliter quidem fuisse factam, sed tertium Statum desuper non fuisse consultum nec consensisse, et proinde se non debere obtemperare datae instructioni, eo quod non agnoscunt alias leges quibus se conformare debent quam quae per tres Status essent approbatae. — Memoria.

Post meridiem conclusus est unus computus extraordinarius D. vander Ven restantiarum diversorum subsidiorum, qui conceptus fuerat 4 Martii et diversis vicibus interruptus et resumptus et taxatus

est ad 30 dies vacationum, et quia R. Abbas S. Gertrudis pro majori parte illum audierat, vacationes illius abbatae tribuuntur, et tantum aliquot dies mihi attribuendi fuerunt. — Memoria.

29 Octobris, comparuit D. de Rijck ¹⁹⁶⁾, burgimagister Lovaniensis, sicque toto mense abfuit a congregatione.

7 Novembris, Cancellarius attulit actam acceptationis super impostis et quia dicebatur in illa quod conditio apposita 1 Octobris preteriti de Garde de Chartes nihil haberet commune cum impostis, sed desuper Status facerent remonstrantiam talem qualem judicarent convenire. Resolutum, insistendum esse conditioni appositae, sed ne consensus retardaretur, opiniones duorum primorum Statuum communicarentur Civitatibus et interim fiat remonstrantia Gubernatori super Garde de Chartes.

Hodie Deputati Statuum salutarunt Marchionem de Castel Rodrigo, novum patriae Gubernatorem, qui hesternum die fecerat solemnem introitum in civitate Bruxellensi, postquam a 4 Novembris in deputatura vix aliquid factum esset, eo quod D. van Ven, Receptor Lovanii die constituto non comparuisset.

12 Novembris, inceptus est computus D. Van Velde ¹⁹⁸⁾, receptoris de redditibus creatis super 24 stuferis de quaque ama vini intrante Brabantiam.

13 Novembris exhibita fuit specificatio mercatoris deliberantis deputatis Statuum chartam, pennas, attramentum, et 47 manipulos pennarum, etc. — Memoria.

f^o 117^{vo}. — 18 Novembris, conclusus est computus D. vanden Ven subsidii 400 millium florenorum de anno 1661, quod emissum fuit ad rationem 500 millium, hic computus tantum duravit 4 aut 5 diebus et taxarunt ad 30 dies. — Memoria.

20 Novembris, inchoatus est computus D. van Ven ¹⁹⁹⁾ van de groote bedde de anno 1662.

Item et computus van de cleijne bedde positus est ad illum diem,

¹⁹⁶⁾ Jacques de Rijcke, bourgmestre patricien de Louvain, depuis le 23 juillet 1665. — DIVAEUS, o. c., appendix, p. 103.

¹⁹⁷⁾ François de Moura-Costereal, marquis de Castelrodrigo, fut nommé gouverneur des Pays-Bas le 26 mars 1664 et resta en fonction jusqu'en 1668.

¹⁹⁸⁾ David van den Velde, de la Chambre des Comptes. — THÉÂTRE, o. c., p. 481.

¹⁹⁹⁾ Le Priechart et Vande Ven étaient receveurs des Etats à Bruxelles et à Louvain.

iste solum fuerit inchoatus 1 Decembris, et pro auditione assignarunt illi 32 dies.

5 Decembris, novus Gubernator Castel Rodrigo petiit subsidium 800 millium florenorum et anticipationem 240 millium; controvertatur a duobus primis Statibus an consentirentur 400 aut 500 millia.

Item, plures ex utroque Statu vigilant quatenus essent liberi ab impostis et accisiis, quando Bruxellis in Statibus congregarentur.

Item, hodie D. Marselaer, qui in paucis diebus factus erat consiliarius Consilii Brabantiae, fecit suum juramentum observandi et judicandi secundum privilegium Laeti Introitus.

6 Decembris, consularunt super oneribus Status, et per Graf-fiarium fuerunt exposita tam debita quam impossibilitates diversorum locorum quae a futuro subsidio deberent decurtari, et resolutum ut in crastinum illi exhiberentur.

Item, duo primi Status accorderunt D. Scouten, professori juris Lovanii auctarium sui stipendii ut possit aequale dari quod a biennio fuerat concessum D. Hugo.

Et Status illud concessit 23 Januarii 1665. — Memoria.

7 Decembris in dominica exhibito statu debitorum, ostensum fuit quod ad solvendum Gubernatori 400 millia florenorum deberent accordari 550 millia florenorum et emitti 2,75 preciarum, et per duos primos Status solutum ut sic fieret.

Item, baro de Goijck fecit relationem suae litis contra baronem de Wesemael, et Nobiles distulerunt suam resolutionem in 9 Decembris.

8 Decembris, festum Conceptionis Divae Virginis.

9 Decembris, D. Stockmans, consiliarius secundi Consilii, factus custos chartarum Brabantiae ad instantiam Statuum, de quo 1 Octobris preteriti, hodie in Statibus generalibus fecit requisitum juramentum.

f^o 118. — Item, deliberatum fuit super oneribus Statuum et futuri subsidii, et qualiter illa explicarentur marchioni Gubernatori, et contra sensum baronis de Wemmel omnes unanimiter resolverunt totum statum aperiendum esse Marchioni et nihil celandum.

Nota. — Item, resolutum fuit quod nulla debita, vel lettres de change acceptarentur in posterum quoadusque omnia debita hucusque acceptata et contracta essent soluta.

10 decembris, lecta fuit instructio danda Gubernatori super oneribus patriae, etc.

Item, accordatum stipendium D. de la Torre, quondam gubernatori Lirano.

Item, duo primi Status accorderunt monasterii de Leliëndael ²⁰⁰⁾ duplicem annum reddituum ilius.

11 Decembris, polita fuit dicta instructio danda Gubernatori.

12 Decembris, ego ex commissione primi Status, et dux de Bournonville ex secundo Statu una cum graffiario Bouton adfuimus Gubernatori post meridiem bene unius horae spatio, et tradidimus et explicuimus statum Brabantiae, quibus oneribus gravabatur, et quid esset de subsidio preterito et futuris; et petebamus unam conferentiam pro diversis difficultatibus assopiendis.

15 Decembris, novus Gubernator scripsit Statibus ne ullius assignationes solverent, nisi per viam finantiarum et per ipsum subsignatas.

18 Decembris, adfui Gubernatori cum duce de Bournonville et graffiario Bouton, et respondit nobis sibi placere instructionem datam 12 Decembris, et se contentum quod in petito subsidio 800 millia florenorum tantum accordarentur 500 millia florenorum, et quod ad dispositionem Gubernatoris tantum cederent 400 millia et restantes 150 millia relinquerentur Statibus pro solvendis preteritis oneribus et sublevandis civitatibus (quae postmodum in emissionem taxarum tantum sunt gravati ad dimidium tantum) et pagis depauperatis, etc. — Verum se non invenire consultum modo quidquam desuper dare in scriptis, sed daturum quando opportunum fuerit.

Item, dixit Gubernator se pro ineunda conferentia deputasse D. Denetières, thesaurarium finantiarum, D. Stockmans ex privato Consilio, D. de Pape fiscalem ex Consilio Brabantiae, et D. Van Eijck ²⁰¹⁾ ex Camera computuum.

f^o 118^{vo}. — 18 Decembris, conclusus est computus D. vanden Ven parvae precariae in quarterio Lovaniensi, et assignavit illi 32 dies 20 Decembris, coram Cancellario aperta est opinio duorum primorum Statuum in subsidio 550 millium florenorum.

Item, quia Gubernator sententiam in Consilio Brabantiae datam per particularem suam ordinationem inverterat ad instantiam partis et defunctus gubernator Caracena ante suum discessum D. Ru-

²⁰⁰⁾ Prévôté de moniales à Malines.

²⁰¹⁾ Philippe van Eijck, de Bruxelles, conseiller et maître de la Chambre des Comptes du Brabant. — THÉÂTRE, o. c., 393.

bens ²⁰²⁾ nominaverat consiliarium Consilii Brabantiae contra consuetum morem, et dictus Rubens putabatur insufficiens, deputati sunt Abbas de Vladderbeke, dux de Bournonville et burgimagister Bruxellensis et hoc ipsum remonstrant Gubernatori et peteret in istis debite provideri.

Item, rogarunt Gubernatorem pro habenda conferentia post festa, interim Graffarius scriberet Civitatibus puncta conferenda, et si quae haberent proponenda prepararent, et pro dicta conferentia ex primo Statu deputatus est Abbas Parchensis, ex secundo Statu, baro de Goijck.

Item, resolutum ut in posterum nullis solverentur extraordinarii canones reddituum suorum, nisi quorum reditus reduci possunt ad nummum 20.

21 Decembris, conclusus est computus van de Cleijn Bede quarterii Lovaniensis de anno 1662 ; et inchoatus computus impostarum ejusdem quarterii de anno 1661.

f^o 119. — Anno 1665.

10 Januarii, in congregatione generali Statuum lectae sunt opiniones Civitatum super impostis inchoatis 1 Decembris 1664, coram Cancellario.

Item, Cancellarius declaravit pretensas injurias de quibus 27 Martii et 14 Martii anni precedentis, se non dixisse animo injuriandi, etc. et sic videtur quod inchoatus desuper processus pro reparatione injuriarum, de qua 3 Octobris precedenti, relinquatur infectus.

11 Januarii, dominica.

12 januarii, Status declararunt esse sufficientem consensum super impostis.

13 Januarii, collatum est per Dominos Deputatos officium curandi locum scribarum regentium impostas, famulo D. Bouton, graffario Statuum Brabantiae. — Memoria.

14 Januarii, facta et inchoata est conferentia inter Status Brabantiae et ministros Regis, habita in domo D. Dennetières, thesaurarii Statuum, et ex parte Regis convenerunt D. Internuntius, D. Stockmans, ex secreto Consilio, D. de Pape ex consilio Brabantiae, D. van Eijck ex Camera Computuum, et ex parte Statuum

²⁰²⁾ François Rubens, fils de Pierre-Paul et Hélène Fourment, ancien échevin d'Anvers, nommé conseiller ordinaire le 11 octobre 1664. GAILLARD, o. c., III, p. 362.

convenerunt Abbas Parchensis, baro de Goijck, burgimagistri et pensionarii trium Civitatum.

1^o resolutum ut super decreto Statuum anno 1663 emissum pro facienda *hertellinge*, edictum regium qualiter reditus quibus Status Brabantiae gravatur posset reduci ad nummum 20^m, ut congregatio dilata in diem 16 januarii, prescripta conferentia continuata fuit et prima resolutio pridem sumpta, reassumpta fuit, et resolutum ut interim quo *hertellinge* fient, Gubernator scriberet Statibus ut inter se convenirent de modo et pede quo ordinaria precaria levaretur.

Item, actum de redditibus 14 millium florenorum hypothecatis super parvo sigillo jam cessante, et ut Gubernator scriberet consilio Brabantiae pro expeditione litis contra illos motae, qui primitus jura parvi sigilli receperunt, etc.

f^o 119^{vo}. — Item, resolutum ut edictum fiat contra telonium ne pro executione facienda impenderent vires militares ne milites silvas excinderent, etc.

20 Januarii, iterum conferentia et actum de impostis an practi-
cari possit ut nullus ab illis eximeretur.

22 januarii, in conferentia actum de rescindendis mercimoniis
in patria rurali.

23 Januarii, in camera deputatorum conclusus est computus
D. vanden Ven G. B. quarterii Lovaniensis de anno 1662, et con-
clusio posita est ad diem 7 februarii futuri, et assignati sunt 80 dies.

Item, propositum fuit utrum thesaurarius juxta instructionem
nobis datam non deberet in litteris suis quas dat receptoribus pro
solutione etc. imponere in textu personas, quibus per dictas litteras
solvendum, ego cum D. abbate de Vladderbeke et barone de Goyck
instabamus quod ita juxta datam instructionem — sed baro de
Wemmel aiebat dictam instructionem tantum esse conceptam et
nondum acceptatam ; Civitates autem discrepabant et sic nihil con-
clusum.

Item, post meridiem conclusus est computus impostarum unius
anni 1661 quarterii Lovaniensis et attributi sunt ei pro auditione
32 dies, et posita terminata seu conclusio ad diem 21 januarii 1665.

24 januarii, conferentia et actum de opificiis et precipue braxa-
riae retrahentis et patriae rurali ad Civitates, et item nonnulla puncta
tangentia juramentum officialium Brabantiae, et ut excludantur ex-
tranei ab officiis et guberniis Brabantiae.

26 Januarii inchoavit D. van Assche, thesaurarius duos dimidios
annos importarum de anno 1661.

Eadem die affui Gubernatori et indicavi illi secretum concernens pretensionem heredum vander Cruijcen.

27 Januarii, in conferentia accordata est forma, qua emitteretur edictum van de hertellingen.

Item, edicta ne milites impenderentur pro levandis tenoliis in rurali patria, etc.

f^o 120. — 4 Februarii, postquam a 28 Januario abfuissem, Lovanii existens ob mortem meae matris ²⁰³), hodie iterum intravi congregationem Statuum —

in absentia mea allata fuit acta acceptationis super impostis.

Item, ex parte Marchionis scripta epistola ad deputatos super debito vanden Cruijcen, quondam thesaurarii, cujus computus per Fiscalem Brabantiae voluit examinari, etc.

21 Februarii, datum advisamentum Finantiis pro Abbate Bonae Spei ²⁰⁴), quod dimidium omnium eorum quae debebat in subsidiis usque ad annum 1660 exclusive ei remitti possit.

26 Februarii, conclusi sunt computus D. van Assche thesaurarii de duobus mediis annis impostarum anni 1661, et singuli taxati sunt ad 40 dies, sicque hic 80 dies simul.

1 Martii, inchoatus est computus G, en C. bede quarterii Antwerpiensis et imposten de anno 1663 — et sunt acceptati pro 8 Martii, et subsecutive facti sunt computus subsidii anno 1663 et imposterum.

5 Martii, consenserunt unus ex primo et secundo Statu, et unus ex tertio Statu, ut D. van Werm, burgimagister Antwerpiensis, refunderentur 700 floreni sine consequentia, in recompensam eorum quae expenderat in promovendo subsidio anni 1664.

Et dictum quod omnes Civitatum deputati tantum conflarent unum et si duo de primo, aut duo de secundo Statu dissentirent quod non possent a duobus aliis Statum deputatis vervanghen worden.

11 Martii, resolutum ut injungatur D. Gindertale graffiaro ut restantia sui temporis redigat in ordinem, in hunc finem absolvatur a comparatione in camera deputatorum, et in singulos menses doceat de sua diligentia in registrando sub poena denegandae solutionis vacationum solitarum accipere.

²⁰³) Anne van den Hove de Bruxelles, fille de Libert et Eléonore de la Cousture, décédée le 28 janvier 1665. — *Nécrologe de l'abbaye du Parc*, par R. VAN WAEFELGHEM, p. 54.

²⁰⁴) Augustin de Felleries, abbé de Bonne-Espérance de 1642 à 1671.

13 Martii, resolutum ut secundum instructionem deputatis datam thesaurarius in suis litteris assignationum, quas dat Preceptoribus in textu poneret, cui fini, seu cui rei assignatio solvenda foret.

9 et 10 Aprilis, fuit congregatio generalis Statuum cui non interfui, et petita fuerunt impostae pro futuro medio anno inchoaturo ultima junii et per duos primos Status accordatae sunt.

Item, resolutum ut omnes redditus Statuum qui non sunt prosterinati, reducerentur ad nummum 20 — et ut receptores debitam exhiberent diligentiam, ordinatum est ut aliter in computibus non admitterentur.

fº 120º. — 21 Aprilis, desuper est acta expedita danda receptoribus et ipsis permissum ut novas capitales pecunias ubi opus fuerit levare poterunt ad nummum 20 ad refundendas summas levatas ad nummum 16.

21 Aprilis, in prosecutionem resolutionis de 11 Martii, ordinatum est D. Gindertale graffiaro, ut doceret de diligentia facta in ordinatione registorum, alias ipsius salarium suspenderetur etc. in eventum negligentiae.

24 Aprilis, conferentia quae inchoata fuerat 14 Januarii et a 27 Januario heserat, hodie resumpta fuit per me et baronem de Goijck cum graffiaro Bouton, absentibus Civitatibus, et lectum projectum edicti de reductione reddituum nummorum 12 et 14, et resolutum ut in lingua transferretur, Marchioni exhiberetur et ad Consilia privatum et Brabantiae per ipsum transmitteretur, etc.

Item, ut Fiscalis formaret conceptum pro reformandis abusibus Consilii Brabantiae, etc.

Item, nonnulla mota sunt de proseguenda hertellinge, etc. — et repetendis restantibus quotis Civitatum Bruxellae et Antwerpiae.

Item, eodem die conclusus est computus G. B. anni 1663, quarterii Antwerpiensis et eidem attributi sunt 100 dies pro auditione et similiter computibus C. B. et impostarum anni 1663 et subsidii 400 millium ejusdem anni, etiam attributi sunt 100 dies, et terminari debent juxta supputationem 16 Junii futura. Memoria.

27 Aprilis, inchoatus est computus G. B. anni 1663 quarterii Bruxellensis, cujus tamen acceptatio ponenda ad 16 et 17 Maii. — Memoria.

fº 121. — C. B. 10 Junii, inchoatus est computus C. B. anni 1663 quarterii Bruxellensis, et retrahendus est ad 16 Maii.

12 Maii, inchoatus est computus impostarum ejusdem quarterii de anno 1663 et dies assumptionis positus est ad 4 Julii.

22 Junii, illati et aperti fuerunt consensus trium Civitatum super subsidio 550 millium florenorum, et Lovanienses conditionaverant quod non possent premi ad solutionem suae quotae, nisi prius presidium Lovaniense exivisset oppido, etc.

23 Junii, resolutum est esse sufficientem consensum in dicto subsidio, modo a Gubernatore implerentur conditiones Civitatum.

Item, quia D. consiliarius Stockmans, tamquam custos cartarum Brabantiae retulerat per epistolam multa desiderari in debita earumdem custodia, ego cum barone de Goijck fui deputatus ad agendum cum illis, etc.

26 Junii, ego cum barone de Goijck, burgimagistro Antwerpiensi, graffiario Bouton et D. Stockmans, custode chartarum mane tetendimus Vilvordiam et inspeximus chartas et munimenta ducatus Brabantiae, jacentia in una turri Castri Vilvordiensis ²⁰⁵⁾, et invenimus plura esse in misero statu, aliqua putrefacta et aliqua eo tendentia, etc.

1 Julii, conclusus est computus G. B. quarterii Bruxellensis de anno 1663 ; cujus initium positum fuit ad diem 16 Maii, et conclusus ad diem 22 Augusti, ut sic extenderetur ad 98 dies. — Memoria.

3 Julii, actum fuit de concludendo computu Receptoris Bruxellensis, qui 12 Novembris anni preteriti inchoatus fuerat de redditibus creatis super 24 stuferis de unaquaque ama vini intrantis Brabantiam, et quia proventus trium annorum tantum ascendeabant 1863 florenos, nesciverunt quot dies pro auditione assignare possunt, unde nihil conclusum. — 7 Julii, id resumptum fuit, aliqui mecum resolverunt auditionem gratis faciendam fore.

f^o 121^{vo}. — 4 Julii, deputati ex magistratu Antwerpiensi, scilicet Burgimagister intraneus et thesaurarius cum pensionariis, requisiverunt deputatis Statuum quatenus vellent intercedere apud Marchionem, ut naves Antwerpienses possent requirere merces in Lilloo, uti solitum fuit tempore belli, etc., in hunc finem deputati fuerunt Abbas Vladderbacensis et baro de Goijck cum burgimagistro Bruxellensi.

6 Julii, conclusus fuit computus C. B. quarterii Bruxellensis de anno 1613, eique pro auditione assignati sunt 50 dies inchoandi a 16 Maii et terminati 4 Julii. — Memoria.

7 Julii, ego cum barone de Goijck et pensionario Bruxellensi

²⁰⁵⁾ Le château de Vilvorde fut construit en 1375 par le duc Wenceslas, sur le plan de la Bastille de Paris. — HENNE et WAUTERS, o. c., I, p. 137.

cum graffiaro Bouton ex parte collegii adfuimus Gubernatori pro manutentia privilegii ne quis in Brabantia captivatus, ex eadem reduceretur, etc. In fine ego ipse egi gratias datis quercubus sacello de Jesus Eijck, et dicebat inter alia se occupatum pro exonerandis Lovaniensibus a suis presidariis militibus, et se nescire modum, nisi per faciendam ulteriorem reformationem, etc.

8 Julii, congregatio Statuum Generalium, convocatis tantum vicinis per Graffiarium, lecta fuit acta acceptationis super opinionibus Civitatum in subsidio 500 millium florenorum, et in quem Antwerpienses movebant difficultatem, quia illis non credebatur quod conditionaverant, ut in mediis ab illis suggerendis pro sua parte inveniendi, nullus foret exemptus.

Item resolutum quod D. Gindertalen graffarius absentaret se a congregationibus Statuum et incumberet suis registris, et de octiduo in octiduum doceret de sua diligentia, et si foret in defectu, stipendium et auditiones computuum ei subtraherentur et alius ei substitueretur qui registra conficeret — et resolutum per graffiarium Bouton in publica camera ei fuit indicata, et egit Dominis gratias de accepta resolutione.

Item, resolutum quando privilegia paterentur periculum, deputati Statuum possent se interponere apud Gubernatorem, et in prima generali congregatione faceret desuper relationem, etc.

f^o 122. — 14 Julii, in congregatione generali Statuum in qua convenerant tantum ex extraordinariis episcopus Antwerpiensis et Abbas Diligemensis ²⁰⁶⁾ et baro de Melsbroeck acceptati sunt ad onus Brabantiae duo ingeniarii Van Mart et van Werde.

Item, resolutum ut Gubernator informaretur quod non possemus solvere expensas van de artillerij tot Mechelen raeckende den brief van decharge van 7000 gulden tot betalinge van de affuijten.

Item, quod subsidium 550 millium florenorum emitteretur ad ratam duarum preciarum cum tribus quartis partibus unius precariae solvendum in duobus terminis, 1^o post duos menses a die emissionis, et 2^o bimestri post.

15 Julii, conclusi sunt computus impostarum quarterii Bruxelensis de anno 1663 — et dies inchoationis positus est ad 4 Julii, et conclusionis ad diem 14 Augusti ut ei attribuerentur 42 dies. — Memoria.

His diebus expedita est commissio sive assignatio solutionis

²⁰⁶⁾ Corneille Lamberti, abbé de Dilighem, de 1662 à 1678.

militum pro primo mense, seu prima solutione 450 millium florenorum de anno 1662 quarterii Bruxellensis.

24 Julii, oppidulis de Aerschot et Thenis remissa est etc. medietas postergationis eorum in subsidiis ab anno 1649 usque 1660.

29 Julii in congregatione generali Statuum apertae sunt opiniones Civitatum coram Cancellario super impostas, et ubi duo primi Status cum civitatibus Lovaniensi et Bruxellensi consenserunt die portee, duo posteriora membra civitatis Antwerpiensis voluerunt consentire in plenam petitionem aulae, scilicet: dare 50 millia florenos in singulos menses sub conditione quod impostae levarentur Antwerpiae ad utilitatem civitatis Antwerpiensis, et quota illius,

f^o 122^{vo}. — non excederet quotam civitatis Bruxellensis, et residuum, si quid superesset cederet in utilitatem civitatis Antwerpiensis.

Dictus consensus acceptatus fuit a duobus primis Statibus, non sufficienti consensu, et esto Antwerpienses intendebant tantum solvere suam quotam ad ratam preciarum ordinariorum, quam solvunt Bruxellenses, responsum fuit id non exprimi in consensu, et ex contextu debere intelligi quotam solvendam esse ab Antwerpiensibus ad ratam preciarum extraordinariorum quam solvent Bruxellenses, et Status consentire quod cum simili solutione satisfacient.

Contra quam interpretationem Syndicus Antwerpiensis protestatus est.

Item, lecta fuit epistola Gubernatoris qua indicabat se deputasse baronem de Goijck ut cum duobus consiliariis a se deputatis interesset conferentiae indictae Aquisgrani cum deputatis Germaniae supra abusibus Bullae aureae, et petebat ex parte Statuum parari expensas. Desuper nonnulla altercatio fuit, aliquibus pretenditibus aliquem debere deputari ab ipsismet statibus, aliis volentibus ex unoquoque Statu unum debere deputari. Quoad sumptus, duo primi Status resolverunt illos solvi posse et debere ex impostis; Civitates nihilolvere voluerunt sed petierunt referre suis principalibus.

1 Augusti, in sabbato habita fuit ultima congregatio deputatorum, et duobus precedentibus diebus actum fuit de conclusione computus quarterii Bruxellensis, de 24 stuferis super quaque amari intrantis Brabantiam, et qualiter auditiones computus taxarentur, ego cum barone de Goijck sustinebamur nullas auditiones debere solvi, eo quod in novembri preterito inchoatus fuisset, et interim omnes dies intercurrentes nobis soluti essent, alii parumper obmurmurabant esse contra ordinarium modum hactenus observatum.

f^o 123. — 30 Septembris, congregatis Statibus generalibus per

convocationem Cancellarii, petiti fuerunt proventus sive de portee impostarum pro uno integro anno inchoando 1 Decembris.

Eodem die vesperi venit nuntium per legatum Franciae Regem Hispaniae esse mortuum 17 Septembris ²⁰⁷). Requiescat in pace.

1 Octobris, deliberatum fuit super satisfactione danda heredibus D. vander Cruijce, et resolutum desuper communicandum cum Fiscali Brabantiae eo quod arrestassent omnes proventus Statuum.

Item, actum fuit de debitis Statuum, sed nihil resolutum.

Item, lecta fuit epistola Archiepiscopi Mechliniensis, quo exponebat se per propositum exauctoratum Afflighemiensem, actionari in Consilio privato, et quaerebat ut Status se interponerent ut posset conveniri coram Consilio Brabantiae, iudice ordinario, etc. et fuit accordatum ut Status desuper facerent remonstrantiam Gubernatori sicuti et supra nonnullas assignationes diversis datis, etc.

2 Octobris, consenserunt duo primi Status impostas petitas.

Item actum fuit, me proponente, de debitis et arreragiis Statuum et explicavi in quibus illa consistebant.

Post meridiem, primus Status propter debilitatem archiepiscopi convenit in domo archiepiscopi ad deliberandum super eligendo novo deputato, eo quod sexennium D. abbatis de Vladderbeke jam expirasset ; deerat abbas S. Michaelis, et infirmabantur abbas Grimbergensis et Diligemensis, et hac occasione etiam aberant, et quia abbates Norbertini promiserant continuare D. Vladderbacensem in eventum quod disposuisset aliis ut non eligerent in deputatum, sicuti et fecerunt ; hinc de novo pro sexennio deputatus fuit, et ex decem votantibus, habuit sex suffragia. — Memoria.

3 Octobris, prelectus fuit Cancellario consensus duorum primorum Statuum super impostis 30 Septembris petitis, idque pro uno integro anno.

f^o 123^{vo}. — 5 Octobris, fuit prima congregatio deputatorum a tempore vacantiarum, et conclusus fuit computus Receptoris vanden Velde quarterii Bruxellensis de 24 stuferis super quaque ama vini intrantis Brabantiam, et iterum resumpta questio de taxandis diebus auditionum computus, de quo 1 Augusti, et 3 et 7 Julii actum fuerat, et tandem resolutum pro auditione nihil taxandum, eo quod intra alios computus auditus fuisset et pro omnibus diebus nobis satisfactum esset.

²⁰⁷) Charles II, roi d'Espagne de 1665 à 1700.

12 Octobris, Cancellarius attulit actam acceptationis super impostis.

Item denunciavit Statibus mortem Regis Hispaniae et eum mortuum fuisse 17 Septembris praesentis anni ; et prima occasione futuras ceremonias debitas novo Regi.

Hinc resolutum ut omnes deputati gererent vestem lugubrem et etiam famuli pulla veste induerentur et in subsidium sumptuum solveretur uti ante hac, illis ex primo et secundo Stati singuli 200 floreni, illis de tertio Statu etc. singulis 100 floreni.

13 octobris, extra deputatos iterum altercatum est de subsidio sumptuum lugubrae vestis, et quod ante hac solvi consuetum, nunc non sufficere, quidem aiebant, quia nunc vestes lugubrae fierent ex panno, quod non olim, unde aliqui plus dari petebant ; hesterna die resolutum fuerat ut daretur solitum, et in prima generali congregatione proponeretur an plus dari posset ; et hodie perstiterunt ut tantum solitum daretur ; et in generali congregatione non proponeretur an plus dari vellet, — idque sic illis qui plus pretendebant visum est, ne se generali congregationi Statuum subjicerent in hac parte, estimantes se per se id posse, et ne tamen per se sibi plus quam solitum attribuerent, obstiti.

15 Octobris venit epistola Gubernatoris ad Status Brabantiae, qua significabat voluntatem fuisse regis et provinciae belgicae sicut fuerunt possessae ab Isabella infante, manerent unitae coronae Hispanae et nullatenus ab ea separarentur.

Desuper resolutum fuit a deputatis ut generales Status convocarentur desuper consultari.

f° 124. — 21 Octobris. Status generales convenerunt et resolvunt per Graffiarium, petendum esse a Gubernatore ut doceret de continuatione suae commissionis et testamento defuncti regis.

22 Octobris, remiserunt integra arreragia oppidi Arschotani in subsidiis hucusque emissis, et cum tertius Status esset causa hujus resolutionis, replicabam ego, ut majores civitates ferrent quotam Arschotanorum, eo quod et aliae parvae civitates, scilicet Diestemium, Thenas, Geldenaken, etc. idem essent pretensurae.

24 Octobris, coram Statibus generalibus exhibitae fuerunt litterae ²⁰⁸⁾ cum mandato continuandi omnes ministros et consiliarios in suis officiis.

²⁰⁸⁾ Marie-Anne d'Autriche, régente d'Espagne.

²⁰⁹⁾ Le rôle du gouverneur-général perd beaucoup de son importance, doré-

Item, extractum ex testamento Regis quod erat conforme litteris missis Statibus 15 Octobris preterito.

Hinc resolutum ut deputati Statuum condolerent Gubernatori super morte regis, et simul congratularentur de illius continuatione.

Item, resolutum ut Graffiarius moneret Gubernatorem quod ad prestationem futuri juramenti, etc. opus esset videre testamentum Regis, et qualificationem Reginae, cui nomine regis prestandum esset juramentum.

Item, fuit resolutum ut proventus 24 stuferorum super quaque ama vini intrantis Brabantiam publice elocarentur.

20 Octobris, incepit thesaurarius suum computum impostarum qui inchoandus est ad diem et debuisset exhibere immediate finitis vacantiis.

29 Octobris, resolutum quod Receptores in inchoatione redditionis computuum jurare debebunt, se nihil recepisse quod non ducant in computum, et omne quod ducunt in expositis reipsa solvisse.

12 Novembris, omnes deputati Statuum juxta resolutionem captam 24 Octobris, accesserunt Gubernatorem et condoluerunt super morte Regis Hispaniae.

f^o 124^{vo}. — 18 Novembris, inter deputatos ordinatum est ut schertae et candelae quae deputatis annue debentur in specie, darentur in pecunia, et quilibet eos sibi compararet ubi vellet.

27 novembris, conclusus est computus medii anni impostarum thesaurarii de anno 1662 et 2 Decembris, alter computus ejusdem alterius medii anni, et utrique attributi sunt 42 facientes simul 84 bis. — Memoria.

et nota quod dies assumptionis primi medii anni assumptus sit 20 Augusti, et secundi medii anni 1^o Octobris et dies conclusionis ultimi medii anni 9 Octobris.

Computus G. B. quarterii Lovaniensis debet assumi 1^o Octobris in quo etiam terminari debet computus subsidii quarterii Bruxellensis.

4 Decembris, conclusus est computus quarterii Bruxellensis subsidio 450 millium florenorum de anno 1663 — et dies terminationis positus est ad diem 2 Octobris et eidem attributi sunt 42 dies.

Item hodie inchoatus est computus impostarum quarterii Lovaniensis anni 1663.

navant il consiste surtout à faire voter les subsides et à donner aux quelques troupes qui nous gardent quelques soins élémentaires pour payer la solde et éviter ainsi que les soldats se répandent en maraudeurs à travers les pauvres campagnes.

7 Decembris, inchoatus est computus van de Groote Bede quarterii Lovaniensis de anno 1663.

10 Decembris, congregatio generalis Statuum per Cancellarium convocata, per eundem propositio facta est, quatenus Status vellent facere juramentum fidelitatis, etc. et novo regi Carolo, et ut posset habere responsa, interim quo domini Status deliberabunt, secessit ad parvum cubiculum, quem subsecuti sunt deputati Civitatum; et resolutione per primos Status accepta, Cancellarius et deputati Civitatum reintrarunt majus cubiculum, et aperta fuit resolutio duorum Statuum se omni hora paratos esse prestare juramentum, servatis servandis; quo accepto responso, Cancellarius recessit et per Graffiarium lecta fuerunt registra anni 1623 et 1599 ut innotesceret quid in simili casu actum fuisset.

11 et 12 Decembris, lectus fuit per Graffiarium Laetus Introitus.

Item, resolutum ut D. Stockmans, custodi chartarum Brabantiae pro renovatione chartarum etc. darentur 1200 floreni, et

f^o 125. — illis quos applicant pro scribis solveretur sub specificatione ut in fine anni per exhibitionem registorum et doceret de diligentia facti etc.

15 Decembris, in Statibus generalibus baro de Goijck et ego fecimus relationem debitorum Status Brabantiae, et resolutum ut prima convocatione desuper Status etiam conscriberentur.

22 Decembris, adfui Gubernatori cum barone de Melsbroeck et pensionarii Bruxellensi, deputatus ex parte Statuum 15 Decembris ad proponendum diversas questiones, quas D. Bouton, graffarius satis sicce exponebat, etc. — et 23 Decembris, ante prandium reversus sum Parchum,

f^o 125^{vo}. — Anno 1666.

13 Januarii, prima congregatio Statuum hujus anni generalis, lectae fuerunt opiniones Civitatum super impostis inchoandis 1^o Decembris elapsi anni, et quia duo ultima membra civitatis Antwerpensis non consentiebant in impostis petitis, conditione quod in illis tantum ipsi solverent 8,5 in centum, declaratum fuit non esse absolutum consensum.

Item lecta fuit epistola Reginae ad Status qua exhortabantur Status ad continuationem fidelitatis et zeli, quibus hactenus Regi affecti fuerunt; item resolutum ut eidem responderetur.

Item computus van de Clijn Bede quarterii Lovaniensis qui 20 Decembris inchoatus fuerat, hodie resumptus est.

14 Januarii, valde altercatum de modo prestandi juramentum

fidelitatis novo Regi, an fieri deberet publice in theatro, an vero in cubiculo aulae uti factum fuerat post mortem ducis Alberti, sed nihil conclusum.

18 Januarii, resolutum ut desuper rogaretur Gubernator, et simul ei exhiberetur Statuum responsio super articulis Laeti Introitus restaurandis.

19 Januarii, D. abbas Vladderbacensis, baro de Willebroeck ²¹⁰⁾ et Burgimagister Lovaniensis una cum Graffiario accesserunt Gubernatorem, et compleverunt hesternam resolutionem, et eidem explicuerunt quod in eventum quo iuramentum fidelitatis publice esset prestandum, Lovanienses pretendere, fieri debere Lovanii.

Retulerunt Gubernatorem respondisse se non velle infringere antiquum morem, et paratum esse Lovanium tendere ad illud faciendum, etc. Hinc presentes resolverunt absentes vocandos esse ut simul deliberarent qua forma et modo id Lovanii fieri deberet.

fº 126. — 20 Januarii, Domini Consilarii Rubens et Vrancken prestiterunt iuramentum iudicandi, etc. juxta Laetum Introitum.

26 Januarii, postquam D. vanden Ven, receptor Lovaniensis computum G. B. cum ultima augmentatione annorum 1635 et 1644 complevisset, et hanc partem in libro singulari separasset a G. B., conclusum fuit jungere simul, sicuti hactenus fuerat.

27 Januarii, is gesloten die C. B. quarterii Lovaniensis de anno 1663, et taxata ad dies.

28 Januarii, Congregatio generalis. Resolutum super iuramento prestando novo Regi, ut remonstraretur Gubernatori Lovanienses insistere, quod si iuramentum publice foret prestandum, id fieri deberet Lovanii, et medium pro illis pacificandis esse, si fieret Bruxellae in aula intra cancellos, et hoc expedire pro removendis incommodis, quae ex parte Lovaniensium causari possent in eventum quo contra antiquam observantiam iuramentum prestaretur in foro Bruxellensi.

Deinde deputati ex duobus primis Statibus, ordinarie deputati et ex tertio Statu singularum civitatum burgimagistri qui predicta referrent Gubernatori, et simul cum ipso consentirent et statuerent de forma et ceremoniis in prestatione iuramento observandis.

Denique, quia princeps de Bournonville referebat quod Gubernator brevi tenderet Flandriam, et simul intenderet recipere a Flandris iuramentum, sicque antequam Brabanti prestarent, unanimiter

²¹⁰⁾ Jean Helmen, baron de Willebroeck.

resolutum fuit instandum esse apud Gubernatorem quatenus Brabantini ante omnes illud prestare deberet, vel eadem de quo alii, et nullatenus post aliquam aliam provinciam.

29 Januarii, consultatum super ceremoniis faciendis in prestatione juramenti, ut inter alia unanimi consensu trium Statuum, exceptis abbatibus Vladderbacensi et Villariensi ²¹¹⁾, qui tergiversabant, conclusum

f^o 126^{vo}. — Abbatem Parchensem oportere facere summam missam, quia illam fecerat in inauguratione Alberti et Isabellae, anno 1599, Lovanii.

Item, deputati Status Limburgensis, quorum unus erat abbas Vallis Dei ²¹²⁾, et alii duo Nobiles cum uno avvocato, in camera Statuum exposuerunt infractiones suorum privilegiorum, et petierunt adjutorium Statuum Brabantiae, et desuper unam conferentiam, etc., et deputati sunt ad illos audiendos Abbas Parchensis, baro de Dongelbergh et burgimaster Lovaniensis.

Post meridiem, deputati Status Limburgensis exposuerunt nonnulla sua gravamina in parvo cubiculo, et deinde deduximus illos in majori cubiculo apud alios deputatos, et excepti fuerunt haustu vini et banqueto —

30 Januarii, fecimus relationem in Statibus generalibus super punctis Status Limburgensis.

Item, lecta fuit epistola Gubernatoris, qua ordinabat D. Stockmans, uti custodi chartarum Brabantiae, dare annue 1200 floreni ex impostis, ultra stipendium solitum, et solveretur illius amanuensibus in rescribendo archivo etc. juxta dandam ab ipso attestationem, et acceptatum est a Statibus juxta resolutionem elapso anno 12 Decembris ceptam, ut nimirum in fine anni doceret de sua diligentia, et tum deliberaretur de continuatione pensionis.

Item, lecta fuit epistola Gubernatoris qua ordinabat ut D. Staff, Rectori Academiae Nobilium ²¹³⁾ Bruxellae annue etiam darentur pro pensione 1200 floreni, sed non fuit acceptata, eo quod putaretur ipsi sufficienter concessum per datam immunitatem ab impostis, et

²¹¹⁾ Bernard van den Heck, abbé de Villers de 1652 à 1666.

²¹²⁾ Abbé de Valdieu: Guillaume de Xhénemont, de 1658 à 1693.

²¹³⁾ « La maison des pages » achetée par les Archiducs fut vendue en 1644; la propriété fut partagée en trois lots. C'est là que fut longtemps l'*Académie*, école où l'on enseignait aux jeunes nobles l'équitation et l'escrime. HENNE et WAUTERS, o. c., III, 389.

quia finantiae Regis etiam solitae fuerant ipsi succurrere, et modo possent si vellent impostas satis esse gravatas.

f^o 127. — 31 Januarii, in dominica, ego, baro de Goijck et tres burgimagistri una cum Graffiaro Bouton adfuimus D. Dentières, thesaurario generali finantiarum, et consultavimus super ceremoniis faciendis in prestatione iuramenti fidelitatis, etc.

1 Februarii, super requesta Diestensium, quae petebant remissionem omnium quae debebant in subsidiis, et quia nolebant acquiescere in solvenda precaria ordinaria super quae erant in lite; deputati resolverunt se non posse illis concedi maiorem remissionem, quam elapso anno fuerat concessa.

2 Februarii. D. Dentières circa vesperam fecit mihi privatam relationem eorum quae Gubernator resolverat super ceremoniis de quibus supra, et ei futurum gratum ut archiepiscopus celebraret sacrum, etc.

3 et 4 Februarii, conclusus est computus G. B. quarterii Lovaniensis anni 1663. — Item computus parvi sigilli de annis 1659, 1660-61-62-63 et 1664, ascendens in totum ad 52 millia florenorum quae sumpta fuerunt ex subsidio diversorum annorum, quam reditus parvi sigilli carent hypotheca.

5 Februarii, graffarius Bouton retulit in Statibus Gubernatorem desiderare ut solemnitas renovationis iuramenti fieret cum majori splendore quo posset, et quo Graffarius inferebat, mentem esse Gubernatoris ut Status eum comitarentur equites. Resolutum fuit ut simpliciter rogaretur quatenus Gubernator vellet habere gratum ut eum comitarentur in redis.

6 Februarii, relatum Gubernatorem resolvisse ut Status eum comitarentur equites.

8 Februarii, conclusus est computus imposterum quarterii Lovaniensis de anno 1663 — et attributi sunt 34 dies.

Nota. — Computus Receptoris vanden Ven de G. B. et C. B. positi sunt ad diem 20 Novembris et sic consequenter uti factum fuerat precedenti, et D. vanden Velde, receptor quarterii Bruxellensis tantum pervenit ad diem 2 Octobris, et thesaurarius protraxit usque ad 10 Novembris, sicque insoluti seu aperti manserunt simplices dies a 1 Octobris usque ad 10 Novembris, et duplices dies a 1 Octobris ad 10 Novembris. — Memoria.

f^o 127^{vo}. — 9 Februarii, responderunt super epistola Statuum scripta 6 Februarii, et se non posse consentire ut theatrum erigeretur aut iuramentum prestaretur Regi ante domum panum in foro

Bruxellensi, deliberatum quid desuper fieret, resolutum in praejudicium Lovaniensium a nobis nihil resolvi posse, se solum indicandum esse Gubernatori eorum responsum, ille porro tunc ageret quod consilium ejus ferret.

Deinde deliberatum de solutione expensarum theatri, et post longam altercationem, quasi admissum ut solverentur tantum 6 millia florenorum etc. idque civitas Bruxellensis anticiparet.

24 Februarii, in die S. Matthiae apostoli, cum ingenti pompa, D. Castel Rodrigo Gubernator, vi procuratorii Mariae Annae, Reginae Hispaniae, fecit solemniter in sumptuoso theatro, erecto in anteriori loco aulae Bruxellensis juramentum nomine Caroli II, regni Hispaniae adhuc minorennis, observandi privilegia Brabantiae, etc. et tres Status Brabantiae etiam jurarent quod erunt Regi, uti Duci Brabantiae, boni et fidelis subditi.

D. Steenhuijse, Cancellarius, pretendebat comitari cum Statibus ad templum, et deinde ad theatrum; sed a Gubernatore fuit reiectus, jussus expectare in theatro adventum suum; quod cum tergiversarentur facere, fuit remissus ad domum. Post factum juramentum, Gubernator excepit omnes tres Status insigni convivio in aula, quod incepit circa horam quintam pomeridianam, et finivit circa horam nonam, et deinde sunt accensi ignes triumphales.

25 Februarii, tres Status in majori seu anteriori aula domus civicae exceperunt sumptuoso convivio D. Gubernatorem cum 16 nobilibus, quos designaverat, et inceptum circa medium secundae et finitum hora octava, et deinde in foro accensi sunt ignes triumphales.

Eodem die sub nomine novi inaugurati Regis Caroli, per Cancellarium fuit petitum subsidium 800 millium florenorum — sed nihil resolutum.

26 Februarii, ceptum fuit deliberari super dicta propositione, et resolutum ante omnia, petendam satisfactionem a Gubernatore super punctis ei quondam exhibitis privilegiorum Brabantiae, in quem finem ego cum barone de Goijck et burgimagistro Bruxellensi, una cum graffiaro Bouton deputati fuimus ad Gubernatorem.

fº 128. — 1 et 2 Martii, D. baro de Goijck fecit relationem in Statibus generalibus super computibus D. thesaurarii vander Cruijcen, etc.

3 Martii, ego feci relationem debitorum Status contractorum ab anno 1649 usque 1665.

Et tres Status unanimi consensu me constituerunt directorem omnium processuum Status Brabantiae et in eum finem me absol-

verunt ab auditione computuum, et solum comparerem circa finem horarum quando legendae erunt requestae, etc.

4 Martii, permissum ut impostae vini renani possent ad triennium aboleri, facta prius remonstratione Gubernatori de inconvenientiis quae latebant.

Item resolutum est occasione quod 2 Martii, Lovanii in Doctoratu, D. Clops consiliarius arrogasset sibi locum in Hallis ante deputatos Statuum: remonstraretur Gubernatori antiqua praxis, et rogaretur decerneret pro futuro quod deputati Statuum, Praelati et barones debere precedere consiliarios.

5 et 6 Martii, duo primi Status accordarunt subsidium 500 millium florenorum inveniendum partim super oneribus imponendis super mercaturas introeuntes et exeuntes Brabantiam, et formam qua in Flandria imposita sunt, et partim super taxatione caminorum et aratrorum, imponendo singulis caminis 2 floreni, et duobus aratris pro uno camino computatur, ut si haec duo media non sufficiunt, suppletionem inveniendam super impositione ad ratam ordinariae precariae, vel conditione quae parvae civitates in suppletionem per ordinariam precariam erunt exempti, et quod Regi tantum solvantur 400 millia florenorum, et reliqua 150 millia sunt pro solvendis debitis Statuum.

15 Martii adfui Gubernatori una cum D. barone de Goijck, burgimagistro Bruxellensi et graffiario Bouton, et tulimus ei consensum super abolitione impostarum vini renani, de qua supra 4 Martii, et simul explicuimus difficultates quae reperiebantur in dicta abolitione.

f^o 128^{vo}. — Item requisivimus commissarios pro exponendo statu debitorum Status Brabantiae, et consultandis remediis, et cum heretellinge ultra procederetur.

17 Martii, lecta fuit secunda et propinquior satisfactio super non bene observatis articulis Laeti Introitus.

Item, lecta fuit epistola Gubernatoris, qua ordonnabat Statibus, ut ex chartis Brabantiae daremus Hollandis quae ipsis concernebant, et deputaremus aliquem pro recipiendis chartis, quas ipsi a nobis habebant.

Item hodie inceptus est computus D. van Ven subsidii 450 millium florenorum de anno 1662.

18 Martii, lecta requesta Vuranorum et Duijsburgh, et deputatus sum ego cum Graffiario Bouton ut cum illis conveniremus super lite, etc. et medietas debiti remitteretur, etc.

19 Martii, lecta requesta R. D. Heijlissemensis et resolutum ut

in finantiis advisaretur quod posset ei remitti medietas eorum quae restabat in subsidiis, importans circiter mille patagonas.

22 Martii, inceptus computus G. B. quarterii Antwerpiensis de anno 1664.

23 Martii, Status generales resolverunt instandum apud Gubernatorem pro commissariis quid apud Hollandos agerent ut portarent redditus Brabantiae ad ratam quarterii Bredani et Bergsomensis, etc.

24 Martii, adfui Gubernatori cum condeputatis super punctis Laeti Introitus accomplendis, subsidio moderando, impostis complendis, etc.

26 Martii, officium clericatus comptorii impostarum Statuum vacans per mortem N. Gijher ; collatum est N. Hijher, hactenus per 36 annos officialis seu scribe Graffarii ; concurrebant seu aspirabant sexdecim personae. Et Philippus Huenaerts, famulus baronis de Goijck, per Graffarium D. Bouton, assumptus est in scribam loco prefati.

f^o 129. — 30 Martii, lectus libellus presentandus Gubernatori super precedentia Statuum Brabantiae ante consilia, et nominatim ante Consilium Brabantiae, occasione actae 4 Martii — et ad illum presentandum deputati sunt abbas Vladderbacensis, baro de Corbeke ²¹⁴⁾, et burgimagister Bruxellensis.

Item hodie inchoatus est computus Cleyn Bede quarterii Antwerpiensis de anno 1664.

2 Aprilis, inchoatus est computus impostarum quarterii Antwerpiensis de anno 1664.

6 Aprilis, abfui a congregatione, et captata occasione meae absentiae, renitente D. barone de Goijck, accordarunt duplicem canonem reddituum ecclesiae de Linde, instigantibus abbate Vladderbacensi et D. De Vroije.

8 Aprilis, finitus est computus predictus impostarum, et inchoatus computus subsidii 400 millium florenorum de anno 1664.

14 Aprilis, inchoatus est computus subsidii 120 millium florenorum de anno 1664 pro succursu imperii contra Turcas.

Item hodie tradi curavi chartas processus diestensis procuratori vander Beken.

15 Aprilis, una cum D. Bouton et barone de Goijck adfui do-

²¹⁴⁾ Impossible d'identifier: baron de Corbeek-Lo ou Corbeek-Dyle.

²¹⁵⁾ J. B. Maes, chevalier de l'Ordre de S. Jacques, seigneur de Steenkerk, etc.

minis Commissariis Maes ²¹⁵⁾, van Wambeke, et graffiarius de Bie, pro inchoando computu inter Status et finantias, etc.

Eodem die per Cancellarium fuerunt petitaë impostae inchoandae in fine Junii sed non super vino renano, quod volebat Gubernator ab impostis liberum esse ; duo primi Status consenserunt.

11 Maii, post vacantias trium septimanarum, ratione Paschatis, hodie primum deputati Status fuerunt congregati.

16 Maii, vesperi vocatus a Marchione cum barone de Goijck, etc. petiit ut procurarem aliquam anticipationem super futuro subsidio pro solutione militum, etc. Commendavimus illi die hertellinge et expeditionem litis pani sigilli contra Moors, etc.

19 Maii, resolutum ut baro de Goijck redderet et suppleret omnes fasciculos consensuum super subsidiis de quibus ipse computus reviderat, et ego supplerem de anno 1648 usque modo, quorum computus ego examinavi.

f^o 129^{vo}. — 2 Junii, receptor Antwerpiensis van Parijs ²¹⁶⁾, juxta regulamentum juramento affirmavit, computus suos esse solutos a parte rei juxta apochas productas, etc.

4 Junii, congregatio generalis, per Cancellarium allata sunt acta acceptationis super impostis incipiendis 1 Junii 1666.

Item lecta fui epistola Gubernatoris in favorem D. Staff, tenentis academiam nobilium, cui assignabat annuam pensionem 1200 florenorum — quam Status aliquoties denegaverant, et iterum modo recusabant.

Item requesta lecta quae tangebatur Cancellarium, qui noluerat paragraphare certam requestam propter pretensos delegatos judices, etc.

5 Junii, accepta ab aula satisfactione super infractionibus privilegiorum Laeti Introitus, coram Cancellario aperta fuit opinio duorum primorum Statuum super subsidio 550 millium florenorum consensu 5 Martii elapso.

9 Junii, in congregatione generali actum fuit de debitis Statuum, et pro assecuratione crediti, propositum fuit tribus receptoribus utrum non vellent se impignorare sub conditionibus, etc. — ad exoneranda debita van Assche et van Cruijen, etc.

10 Junii, dicti receptores responderunt quod antequam possent in se ista debita recipere, quod primo deberent esse approbata a

²¹⁶⁾ Chevalier, receveur-général des Etats en question d'Anvers. BUTKENS, o. c., suppl. I, 202.

Statibus et Rege, in quem finem deberet iniri computus cum rege et finantiis ; quod responsum omnes implicate approbarunt.

Item resolutum quod lectioni bottanicae D. van Dorme posset pro augmento addi 150 floreni.

Item ratione debiti comitis de Ursel, baro de Goijck dixit, ipsum debuisse solum pro quaque solutione mille florenos, idque uni quia haberet ingressum in Statibus, unde resolutum ipsi ulterius non solvendum, nisi prius notificaret personam cui solvisset, etc.

5 Julii, congregatio generalis Statuum, allata fuit acta acceptationis cum nostro consensu et rejiciebat medium levandi subsidium ex parte super mercibus introeuntibus et exeuntibus Brabantiam, et tantum volebat ut in caminis solverent, qui erant consueti solvere in subsidiis, post deliberationem.

6 Julii resolutum, ut impositiones super introeuntibus mercibus etc. omitterentur, quia valde parum anno uno importaret, ut loco hujus levaretur super quoque camino unus pataco, et aratro dimidius pataco, et insisteretur ut omnes sine exceptione in dicto onere contribuerent ; et quod defectus ad conficiendam summam 550 florenorum, levaretur vice precariae ordinariae, et ut hoc referrent Gubernatori, deputati fuerunt abbas Parchensis et baro de Goijck cum Graffario.

Item, ego proposui quod deputati Statuum non possent cum effectu imperare suis receptoribus et thesaurario, etc. — et petii ut regulamentum desuper conderetur cum potestate illis imponendi mulctas usque ad suspensionem suorum officiorum ; unanimiter resolverunt ut hoc fieret et cogerentur receptores et alii ad juramentum exequendi regulamentum.

15 Julii, ob instantiam creditorum super principem Chimacensem ²¹⁷⁾, actum fuit de assignatione 17 millium florenorum, quam deputati Statuum anno 1663 acceptaverant, et pro parte solvenda ex impostis anni 1666, et quia thesaurarius van Assche juridice premebatur ad solutionem, et D. baro de Goijck sustinebat deputatos non potuisse acceptare, resolutum fuit ut in Consilio responderetur, necdum impostas anni 1666 esse accordatas cum clausula quod Status debitum necdum possent agnoscere, et manerent in integro alleganti suas exceptiones tempore et loco, etc.

²¹⁷⁾ N. B. La principauté de Chimay, le duché d'Arschot et le comté de Beaumont, passèrent dans la maison d'Arenberg en 1612, à la mort de Charles de Croy, qui légua ses biens à sa sœur Anne, époux de Charles, comte d'Arenberg.

27 Julii, Status accordarunt Jesuitis Bruxellae premia juventutis. f° 130°. — 26 et 27 Julii, actum fuit in Statibus generalibus, parvo numero congregatis, necessario inveniendum esse modum conservandi fidem et credentiam D. thesaurarii, unde resolutum ut omnes de Statibus conscriberentur in 8 Augusti, quod est factum est.

9 Augusti, per Cancellarium allata fuit nova acta acceptationis super subsidio 550 millium florenorum, de quo 5 et 6 Julii, quia in illa clausulabatur quod illi qui in subsidiis non solent contribuere, liberi essent ab impositione caminorum respectu domorum quas inhabitabant, contra clausulam a duobus primis Statibus appositam, quod scilicet nullus esset exemptus a dicta impositione, resolutum insistendum esse nostrae clausulae, et hoc ipsum representandum esse Gubernatori, et deputati sunt ad Gubernatorem D. abbas Vlinderbacensis et baro de Goijck.

Item facta deliberatione super providendis mediis pro solutione debitorum, nihil resolutum.

10 Augusti, coram Cancellario aperta fuit opinio hesternae ; item adhuc consultatum de providendis mediis super solutione debitorum Statuum. — Sicut et 11 Augusti.

11 Augusti, resolutum ut suspenderetur ex nunc salarium D. Ghindertale, graffiarii, et 12 Augusti, donec doceret de registris factis et redderet chartas Statuum cum clavibus quas sub se habebat et datum est ei tempus usque festum Bavonis, sicuti et D. Bouton, infra quod tempus exhibere et perficere debebit registrum presentis anni.

Quoad solutionem debitorum patriae, nihil adhuc resolutum.

13 Augusti, resolutum ut pro subventionem Thesaurarii qui premebatur a creditoribus, levarentur per braxatores bruxellenses 50 millia florenorum super impostis inchoandis 2 Decembris futuro, etc.

Item, heredes vanden Crujcen juridice sommationem mihi et aliis deputatis fecerant pro habenda solutione sui debiti, etc.

f° 131. — 13 Augusti, post meridiem resolutum super hertellinge ut Gubernatori indicarentur resolutiones trium Statuum, et quod Civitates quidem convenirent cum primo Statu, quod omnia bona sine distinctione foris contribuerent, sed quod ipse non declararet quali via vellent recomputare Civitates, quod duo primi Status hoc etiam vellent scire antequam progredierentur in de hertellinge, etc.

Item, intimata fuit D. Ghindertale resolutio hesternae.

14 Augusti, quisque tetendit ad propria, et inchoatae sunt vacantiae.

28 Septembris, per Cancellarium allata fuit acta acceptationis super subsidio 550 millium florenorum, de quo 5 et 6 Julii, et iterum 9 Augusti, et quia ponebatur quod Consilarii collaterales ²¹⁸⁾, taxarentur per Status, sed particulariter contribuerent, et illi quem princeps adhuc deputaret; hoc duo primi Status propter malas consequentias et novitatem admittere seu acceptare noluerunt, etc.

Post meridiem hoc ipsum Cancellario scripto responderunt.

Item petitus fuit consensus super impostis inchoandis 1 Decembris futuro, et responsum similiter fuit, necdum se in illas consentire posse, eo quod prior terminus elapsus necdum esset plene effectus, et terminus currens necdum esset accordatus, adeoque petebant difficultates desuper existentes, prius terminari antequam consentirentur impostis termini futuri.

Item, resolutum fuit ut desuper per deputationem advisaretur et informaretur Gubernator.

30 Septembris, deputati sunt abbas Vladderbacensis, baro Ittre ²¹⁹⁾ et D. Schoren, burgimaster Lovaniensis ²²⁰⁾ — qui tetenderunt Charleroy.

1 Octobris, resolutum ut Gubernator advisaretur de debitis Statuum, et requireret a Statibus medium ad satisfaciendum, etc.

4 Octobris, dicti commissarii tetenderunt Charleroy ad Gubernatorem, et 7 Octobris reversi sunt Bruxellam, et 8 Octobris retulerunt Gubernatorem resolutum cum Consilio finantiarum, etc. et nihil amplius.

f^o 131^{vo}. — 18 et 19 Octobris, per Cancellarium allata est acta acceptationis super subsidio 550 millia florenorum, conformiter ad mentem duorum primorum Statuum, de qua supra 28 Septembris.

27 Octobris, apertae fuerunt coram Cancellario opiniones Civitatum super impostis inchoatis 1 Junii 1666 — et Antwerpiensium tria posteriora membra, antequam vellent consentire, voluerunt habere computum duorum preteritorum terminorum ad suam opinionem, ut nimirum contribuerent ad ratam 50 millium per mensem, juxta quod contribuunt in precaria ordinaria.

²¹⁸⁾ Des conseils latéraux, conseil privé et autres, furent créés par les ducs de Brabant en regard des Etats du Brabant, de là de graves difficultés entre les deux Chambres.

²¹⁹⁾ Nicolas Riffart, baron d'Ittre.

²²⁰⁾ Charles Van Schore, J. U. L., écuyer et plusieurs fois bourgmestre de Louvain. DIVAEUS, 32.

Item, duo primi Status consenserunt ut super subsidio caminorum, accordaretur per anticipationem, unus mensis placuille pro militibus.

29 Octobris, lecta fuit opinio magistratus Antwerpiensis, quae nudius tertius deerat, et etiam fuit implicata variis conditionibus quas acceptari non potuerunt, ego, nomine Prelatorum, petii copiam, quia etiam Prelatos impetebant, et quia necdum erat plenus consensus Statuum super impostis, resolutum ut et pecuniis hucusque et collecta currentis termini acceptis, non fieret solutio ordinariis presidiariis.

Item, ut Gubernator rescriberentur de novo inconvenientiae quae oriturae essent in impostis, si milites guardiani, Bruxellae residentes, liberam haberent continuam, quam eis concedere velle dicebat, nisi aliunde illis solveremus taxam, etc.

30 Octobris, fuit declaratio facta coram Cancellario non esse plenum consensum in impostis, defectu civitatis Antwerpiensis.

Item, quia nunnularum requestae legebantur pro habendo daphceanone reddituum, omnes fuerunt rejectae et fere resolutum ut in posterum nulli extraordinarii canones solverentur.

8 Novembris, Magistratus Antwerpiensis attulit aliam opinionem membrorum suorum cum pleno consensu super impostis currentis termini inchoati 1 Junii 1666, sed conditionabant quod ex duobus terminis impostarum solverent suam quotam in subsidio 550 florenorum anni 1665.

9 Novembris, prescripta opinio lecta est in generali congregatione Statuum, et resolutum ut consensus acceptaretur et conditio adjecta relinqueretur in arbitrio Gubernatoris eum acceptandi, vel rejiciendi.

f^o 132. — Item resolutum ut receptor Antwerpiensis exoneretur a furto comptorio illius allato, de quo

Item, resolutum ut solveretur militibus unus mensis placquiliarum et impostis et ex subsidio per anticipationem ascendentem ad 112 millia florenorum, quam tres Receptores in se susceperant ad interesse levare.

10 Novembris, resolutum ut Receptores in computationibus deberent exhibere acta et instrumenta et dequitationem seu redditionem nummorum ad interesse acceptorum, et quo sumerent pro medio anno aut integro anno, prout possent nummos reperire.

Item deliberatum fuit de satisfaciendis debitis Statuum D. vander Cruijcen et van Assche thesaurariorum.

Item lecta fuit acta finantiarum de prosequentibus computibus Statuum cum DD. finantiarum sicuti in Quadragesima inceperamus, et placuit Statibus ut sic progrediremur.

11 Novembris, hesitatum super dando salario professori latinistae trilingui, D. van Langendonck ²²¹), sicut habuerant predecessores, et quia solitum erat solvi ex precaria ordinaria et illa insufficiens erat, Nobiles pluralitate vocum noluerunt consentire, esto primus et tertius Status consentirent.

Item, actum fuit de satisfaciendis debitis certis et defectu hypothecae ex stufero, etc. — nihil conclusum.

12 Novembris, actum de processu D. Taye quem sustinet contra Fiscalem.

Item vesperi, una cum D. barone de Goijck, presentes sumus in computibus Statuum reddendis DD. de finantia, quos in Maio preterito inceperamus.

13 Novembris, tandem resolutum super exoneratione debitorum Status:

1° quod redditus quibus obligatur D. vander Cruijce hypothecarentur super augmentario ordinariae precariae, quantum fieri potest.

2° quod tentaretur emissio restantiae reddituum super 24 stuferis de quaque ama vini importanti 22 millia florenorum per annum, et levaretur super patria via preciarum.

3° addiceretur D. vander Cruijce solutio computuum 22 millia florenorum, si via precariae prescripta restantia haberi possit;

f° 132°. — 4° ageretur cum D. Gubernatore ut impostae accordarentur niemand vrij, et exinde annue certa pars relinqueretur Statibus pro exoneratione debitorum.

5° ageretur cum eodem Gubernatore ut et singulis subsidiis etiam certa quota relinqueretur Statibus pro eadem exoneratione. Et desuper daretur Statibus acta et debita Statuum affectarentur super illis quotis renovandis.

Ad executionem illorum deputati sunt baro de Goijck et ego.

Item resolutum ut omni meliori modo prosequeretur finis litis contra D. Moors super parvo sigillo ut, fine habito, quaererentur media novae hypothecae.

17 Decembris, D. Cancellarius attulit actam acceptionis super

²²¹) Chrétien van Langendonck, né à Louvain en 1630, décédé en 1672. Professeur de latin au Collège des Trois Langues. Cfr note 55. *An. Hist. eccl. Belg.*, o. c., XXI, p. 229.

impostis inchoatis 1 Junii, et finitis ultima Novembris presentis anni 1661, — retardatio incepta fuit per Antwerpienses quorum duo ultima membra noluerunt consentire, nisi sub conditione quod Antwerpiae currerent impostae ad utilitatem civitatis, et inde solverent tantum in impostis suam quotam, sicuti solvunt in precariis, ad ratam quotae Bruxellensis, quod quia nec aula, nec Status poterant acceptare, tandem consenserunt in impostis ultimi hujus termini simpliciter, sed sub conditione quod ex duobus terminis inchoatis 1 Junii 1665, et finitis ultimi anni 1666, detraherent 50 millia florenorum pro solutione suae quotae in subsidio 550 millium florenorum anni 1665.

Aula per actam acceptationis consensus Civitatum in impostis consensit ut quota civitatis Antwerpiensis in dicto subsidio usque ad 40 millia florenorum teneretur in succedantia, seu suspenso, et nihil amplius.

f^o 133. — Et quia Status judicarunt quod Antwerpienses cum ea gratia se deberent contentare, resolverunt impostas elocare, et sub sequenti septimana ad elocationem processerunt post terminum elapsum, quod numquam putatur contigisse.

18 Decembris, duo primi Status consenserunt in impostis supra 28 Septembris, idque sub ordinariis conditionibus.

Eadem die, una cum barone de Goijck adfui Gubernatori super solutione debitorum Status, etc.

Item, D. Spallart ²²²⁾, consiliarius Brabantiae fecit in Statibus juramentum observandi Laetum Introitum.

f^o 133^{vo}. — Anno 1667.

7 Januarii, per Cancellarium allata fuit acta acceptationis impostarum inchoandarum 1 Decembris elapsi mensis, quas duo Status consenserunt 18 Decembris.

Ego abfui, tantum inchoata fui.

21 Januarii, deputati accordarunt D. De Vroije ²²³⁾, pensionarii Lovaniensis, 200 florenos pro singulari sua diligentia quam fecit in apostillandis computibus.

9 vel 10 Februarii, ordinatum ut Clericus pretensa (?) pro registratione impostarum 24 stuferorum etc. tantum annue haberet 100 florenos.

²²²⁾ Espallart (Philippe), conseiller le 6 octobre 1666, décédé le 1 mars 1674. GAILLARD, o. c., p. 362.

²²³⁾ Jean-François de Vroey, pensionnaire de Louvain, épouse Marie Lintermans. THÉÂTRE, o. c., p. 402. — DIVAEUS, o. c., l. II, p. 96.

14 Februarii, in congregatione generali ad hunc finem convocata, civitates Lovaniensis et Bruxellensis attulerunt suas opiniones in subsidio 550 millium florenorum, de quo 25 Februarii, 5 et 6 Martii, 5 et 6 Julii - 9 Augusti, 18 et 19 Octobris anni preteriti, Civitas Antwerpiensis fuit in mora, Lovanienses conformarunt se cum opinione duorum primorum Statuum, excepto quarto membro opificum quod nullum consensum in subsidio voluit dare, Bruxellenses interrogati opinionem attulerunt, consenserunt ut in patria rurali super caminis posset levare nummus impositus, et si non sufficeret pro adequando subsidio, reliquum inveniretur super omnibus bonis indifferenter, sive essent amortizati sive feudae, nullis exceptis, et ipsi Bruxellenses solverunt suam quotam via precariarum cum conditione quod taxae altius non emitterentur, quam praecise esset necesse.

Item, civitates Lovaniensis et Bruxellensis consenserunt in impostis inchoatis 1 Decembris 1666.

15 Februarii, civitas Antwerpiensis attulit consensum in subsidio sed levandum via precariarum et quod quota ejus in subsidio anni 1665 solveretur et eorum impostis, etc.

Item attulit consensum in impostis inchoatis 1 Decembris elapsi.

D. Princeps de Arenberga ²²⁴⁾ frater ducis Arscotani, petiit admitti ad congregationem Statuum tamquam Baro de Perwez, admissus est, prestitit ordinarium juramentum, et accepit sessionem ultimo loco baronum.

Post meridiem Nobiles soli consenserunt et nonnulla concernentes suum Statum resolverunt.

16 Februarii, duo primi Status resolverunt declarandum aulae esse consensum in impostis, non autem in subsidio, propter dissensionem opinionum.

Ne tamen subsidium diutius differreretur, indicandum aulae quod faceret instantiam pro concordandis opinionibus, quod duo primi Status condescenderent civitatibus Bruxellensi et Antwerpiensi ut subsidium levaretur via precariarum, dummodo pro futuro serio insudaretur pro facienda hertellinge.

Deinde quod Nobiles hesterna vespera resolverunt inter se, aperuerunt et sustinuerunt se nullatenus condescendere ut in hertellinge comprehenderentur et gravarentur earum feudae et stockvederen, sed recomputatio sur hertellinge fieret illo modo quo olim

²²⁴⁾ Charles-Eugène d'Arenberg, né en 1633, décédé en 1681.

factae fuerant, et petierunt quatenus Abbates se illis jungerent, responderunt Abbates se in utrumque paratos esse et bimembrem resolutionem quandam dedisse Nobiles convenirent cum Civitatibus, et Abbates in illam partem condescenderent in quam illi convenirent.

Hinc Nobiles petierunt a Deputatis Civitatum utrum in opinionem Nobilium vellent concurrere, qui responderunt se hoc non posse, eo quod principales sui aliam resolutionem accepissent et vellent in precariis omnia bona, tam feudalia quam amortisata contribuerent.

Hinc Nobiles resolverunt indicandam suam opinionem Gubernatori, et in eventum quo Civitates vellent ipsis condescendere, quod parati essent viam juris desuper contra illos experiri.

Item baro de Goijck hesterna die vespera fecerat Nobilibus relationem litis

f^o 134^{vo}. — lucratae contra baronem de Wemmel super intertinenda et observanda instructione per duos primos Status, Deputatis suis data, et sententia Consilii desuper emanata lecta fuit in hac congregatione, et petierunt ab Abbatibus utrum non judicarent expedire quatenus articuli dictae instructionis concernentes Civitates et eorum Deputatos Magistratibus indicarentur ; responderunt quod sic.

Item actum fuit de solutione facienda salarii deputatorum 12 florenorum in singulos dies, utrum non expediret singulos receptores certam summam contribuere, et non relinqueretur libertati deputatorum taxam computus ad suum placitum, etc. sed non fuit plenarie resolutum.

17 Februarii inter alia resolutum ut graffiarius Ghindertael captivus in Vrunta ²²⁵⁾, haberet exhibere registra quae ei fuerunt demandata in Julio preterito, et exhiberet in Octobri, quod hucusque non fecerat, et stipendium 800 florenorum ei relinqueretur in suspenso, sed in posterum amplius non haberetur, tamquam presens in computibus, nec solverentur illi comparitiones.

Item resolutum ut in conclusione prefati subsidii, conditionaretur quod solutiones quam Brabantia walonica fecerat gardae Gubernatoris pro Charleroy etc. defalcaretur ex subsidio.

Item, thesaurarius van Assche presentavit libellum supplicem tribus Statibus quatenus eum vellent sublevare a quodam debito 15 millium florenorum, contracto per malam fidem ejus quem a

²²⁵⁾ La prison de Bruxelles, qui subit divers changements au cours des temps.
HENNE et WAUTERS, o. c., III, 90.

quindecim circiter annis quasi eum sublevaverant, dummodo a Finantiis impetraret actam quitantiae, etc.

f^o 134^{bis}. — Status unanimiter resolverunt ut se contentarent cum apostilla et gratia a triennio illi data.

18 Februarii, Cancellarius fecit instantiam ex parte Gubernatoris, quatenus tres Status opiniones in subsidio 550 millium florenorum concordarent, et post deliberationes, post meridiem duo primi Status concluserunt Civitatibus Bruxellensi et Antwerpiensi ut subsidium levare posset via preciarum ordinarium, et acta acceptationis danda ex parte aulae preconceretur cum graffiaro Bouton, tradenda DD. Finantiis, ne in illa concipienda erraretur et prelegeretur in Statibus antequam traderetur.

Interim ego discessi Parchum propter instantem Quadragesimam.

Item, tres Status accorderunt D. baroni de Goijck summam 800 florenorum propter laborem impensum in revidendis computibus D. vanden Crujken, et reddendis eisdem curam Dominis Commissariis Finantiarum, et quia ego illis interfui, et occupabar in reddendis computibus, D. van Assche thesaurarius totidem etiam mihi addixerunt, cum illos absolvissem.

11 Martii, per Cancellarium allata fuit acta acceptationis super subsidio 550 millium florenorum, et conditio Antwerpiensium admissa est, qua stipulabant remissionem suae quotae in ultimo subsidio anni 1665.

Item, allata est acta acceptationis impostarum inchoatarum in Decembri elapsi anni 1666, sed non placuit Bruxellensibus et Lovaniensibus, qui voluerunt illas communicare suis principalibus.

22 Martii, in congregatione per Cancellarium convocata, fuerunt petitaee impostae inchoandae 1 Junii 1667.

Item petatum fuit subsidium 800 millium florenorum sed nihil resolutum. Verum actum fuit de debitis Statuum et pressura in qua se inserebat thesaurarius van Assche.

23 Martii, iterum actum fuit de iisdem debitis, et

f^o 134^{bis} vo. — resolutum ut creditoribus prementibus thesaurarium satisfient per nummos ex impostis currentibus et futuris super tritico et cerevisia, Bruxellis interim ageretur apud Cancellarium et alios ministros pro obtinendis litteris Status contra executiones minitatas, interim quo computamus cum Rege, ut facto computu finaliter possit definiri de mediis quibus debitis poterit satisfieri — et pro facienda dicta informatione et obtinendis litteris Status deputarunt me et baronem de Goijck.

(A suivre).